DISPUTATIO De APPELLATIONIBUS

Quam

DIVINA FAVENTE GRATIA

Permissu & decreto Amplissimæ Facultatis Juridicæ


Pro LICENTIA DOCTORALI in Utroq; Iure consequenda

Publicæ disquisitioni subiicit

ANDREAS RüDINGERUS
Eccartimontanus Thuringus.


Ad diem 27. Augusti.





LIPSIÆ,
Excudebat LAURENTIUS COBER.

Anno 1618.



Reverendo, Magnifico, Amplißimo & Consultißimo Viro,

Dn. Leopoldo

Hakelmanno Icto celeberrimo, Illustrissimi ac Potentissimi Electoris Saxonici Consiliario, supremi Iudicii Provincialis Adsessori, Professori publico, Canonico Martisburgensi, & inclytæ Facultatis Iuridicæ Lipsiensis Ordinario dignissimo,

Nec non

Amplißimo, Prudentißimo, variarumq; rerum experientia præcellentißimo Viro

Dn. Iohanni Rohthaubt,

Ædili Reip. Lipsiensis meritissimo.

Dnn. Patronis, Præceptori, Promotoribus & Fautoribus suis omni observantiæ studio æternùm colendis

Hanc inauguralem dispùtationem

Dat, dicat, & consecrat

ANDREAS RUDINGERUS.



De
APPELLATIONIBUS.
THESIS I.

CVm frequenter litigantes judicum MALITIAM, (a) & IMPRUDENTIAM (b) in judicio experiri soleant, (c) usus & necessitas, (d) imò natura ipsa, (e) ordinarium, (f) introduxerunt appellandi beneficium. (g.)

(a) Quæ inde suam trahit originem, quando judex à sordibus se non abstinet, *l. eâdem. 6. §. Lege Iulia. 2. ff. de l. Iul. repetundar.* Sed iisdem corruptus judicat, *Menoch Lib. 2. cas. 116. n. 23. de arbitr. jud. quæst.* (Nec enim facilè reperitur judex, qui gratis velit esse improbus, *Donell. ad l. Divus. 33. ff. de Re jud.*) Vel ambitione depravatus iniquè pronunciat, *l. cum quem. 79. ff. de judic. l. ambitiosa. 4. ff. de decret. ab ord. fac. l. servo invito. 65. §. cum prætor. 2. ff. ad SCt. Trebell. c. quatuor modis. 11. quæst. 3.*

(b) Hanc maxima jus ad factum accommodandi difficultas, ex varietate circumstantiarum proveniens, caussatur, adeò ut præter socorditer & defunctoriè sua facientes officia, etiam prudentissimos, taliter qualiter in controversia mota informatos, à vera justitiæ via aberrare, vel hallucinari contingat, *§. si quis agens. 33. Inst. de actionib. n. l. i*

omni parte 2. ff. de jur. & fact. ign. l. si fidejussor. 29. §. non malè 1. ff. mandat.

(c) *L. appellandi usus. 1. ff de appell. l. si per imprudentiam 51 ff de evict.* Sunt enim nonnulli avari judices, qui non merita causarum, sed merita personarum, non jura, sed munera, non justitiam, sed pecuniam attendunt, *Sigism. Scaccia. Lib. 1. c. 86. n. 3 de judiciis causar. civil. criminal. & hæretical.* Neq; profectò novum, insolensq; est, in Repub. etiam bonis legibus constituta, per imprudentiam judicis, aut malitiam peccari, justum sub clypeo justo interire, *Heig. part. 1. quæst. 12. n. 55.* citò namq; violatur auro justitia, facilèq; pauper, dum non habet, quod in judicio offerat, non solum audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur, *c pauper. 11. quæst. 3.*

(d) *Argumento d l. 1. ff. de appellat l. necessarium 2 § exactis 16 §. populo 18. § cum placuisset 24. ibi*, ad commilitones confugit *ff. de Orig Iur. l. ergo. 40. ff. de ll. Heig. part. 1. quæst. 10. n. 5.*

(e) Quia defensio est juris naturæ, *l. ut vim. 3. ff. de j & j. l. itaq; 4. l. scientiam 45, §. qui, cum. 4 ff. ad l. Aquil. Grammat. decis. 36. n. 51. Matth. de Afflict. decis. 351. n. 9. Chilian. König part. 4. c. 15. proces.* Appellatio autem est species defensionis *l. appellandi 1 in pr. ibi.* quia iniquitatem judicantium vel imperitiam, *ff. de appellat. c. cum speciali. 61. § porrò x. eod. c. ad Romanam 2. quæst. 6. Marant. part. 6. de appellat. n. 18. & 247. Rauchb. Lib. 1. quæst 14. n. 5. Asinius. §. 31. c. 2. ampliat. 9. n. 2. de proces. judic. Scacc. quæst. 16. n. 4. de appellat. Besold. c. 1. n. 7. de appellat.* Unde etiam auxilium appellationis, auxilium provocationis, præsidium innocentiæ in legibus nominatur, *l. servi 15. ff. d. appellat. l. tractandum est. 1. §. si quis. 8. ff. à quib. appellat. non lic. c. cum speciali. 61. §. porrò x. de appellat.* Ex hisce jam dictis firmiter concludo cum *Rutgero Rulando part. 1. Lib. 5 c. 10. n. 7. part. 4. Lib. 8. c. 13. n. 21. de commissar. Gaill. 1. obs. 135 n. 12. Mynsing. 1. obs.*

14. Statuto

14. Statuto appellationem tolli non posse, quia tale statutum directè disponeret contra jus superioris. *c. venientes. 19. x de jurejur. Ordinar. Camer. part. 2. t. 28.* §. Und dieweil bißhero. *Besold. c. 2. n. 15. d. appellat. VVurmser. t. 24 obs. 29. Bender. conclus. 29. n. 19. de revis. Petr. Greg. Tolos. Lib. 2. c. 8. n. 6.* Secus tamen statuo in pacto. Rationem diversitatis adsigno hanc, quia statutum de non appellando directò disponit adversus jus & præeminentiam superioris, ne ad ipsum appellare liceat: Pactum verò jus superioris non tangit, sed paciscentes solummodò, qui abdicant à se id, quod in eorum fuit facultate, *Mynsing. d. obs. Bender. d. lo. n. 34. Panormit. in c. cum dilectus. n. 16. x. d. arbitr. Nicol. Eberhard. in loco à pacto ad legem. n. 9.* Quid verò si status imperii jurejurando suos subditos obstringerent, ne à sententiis in Curiis ipsorum dictis provocarent? Adhuc appellandi auxilium subditis liberè tribuitur ex *Ordinat. Cam. part. 2. t. 28.* §. Und dieweil *Gail. 1. ob. 135. n. 12. VVurms. pract. 24. obs. 29. Iust. Mejer part. 2. Lib. 49. c. 1. n. 5.*

(f) *Sig. Scaccia Lib. 1. c 97. n. 40 de judic. causar. civit. Tolos. Lib. 1. c. 5. n. 13. de appell. Marant. part. 6. t. de appellat. n. 18. Ludov. Bender. concl. 1. n. 24. & 33. de Revis. actor. Besold. c. 1. n. 7. de appellat.*

(g) Quod Romani alteram suæ libertatis arcem & præsidium statuerunt, *Liv. decad. 1. Lib. 3.* Patronam civitatis ac vindicem libertatis *Cic. 2. de Orat.* Theriacam contra injustæ sententiæ venenum *Nicol. Anton. Gravat. ad Octav. Vestr. Lib. 3 c. 5. n. 11. Besol. c. 1. n. 5. de appell.* Nulli ergò denegandum, ne diabolo, si in judicio foret, *Vant. de Nullit. ex defect. citat. n. 3.* Nisi ubi jura illud admitti expressè prohibuerunt, *Consult. Saxon. part. 4. quæst. 161. n. 5.*

II.

Est autem appellatio (a) ab iniqua inferi-

 oris

oris judicis ſententia (b) vel gravamine (c) ad ſuperiorem (d) gradatim (e) facta provocatio, (f) ut is eam emendet, atque in melius reformet. (g)

(a) Verbum appellare multas habet ſignificationes, *VVeſ. in π ff. de appellat. n. 2. Sigiſmund Scaccia, quæſt. 1. n 3. de appellat.* Interdum enim ſignificat nominare, vel vocare, *Petr. Greg. Toloſan. lib. 1. c. 2. de appellat.* Interdum exigere rem debitam à debitore, *l. fidejuſſor. 16. §. cum fidejuſſor. 6. ff. de fidejuſſor.* quò pertinet dictum *Alphii* fœneratoris, bona nempe nomina non appellando fieri mala, *Inſt. Mejer part. 2. lib. 49 t. 1. n. 3.* Interdum blanda oratione pudicitiam alicujus ademptare, *l. item apud Labeonem 15. §. appellare. 20. ff. d. injur.* Interdum auxilium à ſuperiore adverſus alterius magiſtratus injuriam implorare, *l. hujus edicti 1 ff. ex quibus cauſ. major. Gregor. Toloſ. d. lo. n. 4.* Et in hac ſignificatione appellatio in jure propriè uſurpatur, *Sigiſm. Scaccia, d quæſt. 1. n. 3. de appellat.*

(b) *l. ante ſententiam. 2. ff. de appellat. recip. l. ante. 7. C. quor. appellat. non recip. c. cum ſit Romana. 5. x. de appellat. c. ſi quis, c. ad Romanam 2. quæſt. 6. Ordinat. Cam. part. 2. t. 29. §. 3. Donell. Lib. 28. comm. c. 4.*

(c) Quod beneficium Pontifices adeò ampliârunt, ut à quolibet gravamine tàm illato, quàm inferendo provocare liceat *c. Romana 3. de appellat in 6. c. ut debitus 59. x. eod. Marant. part. 6. de appellat. n. 4. VVeſ. in π. ff. h. t. n. 8. Toloſ. Lib. 2. c. 5. n. 2. de appellat.* quod & apud Saxones obſervari tradit *VVeſ. d lo.* ubi ſimul docet, non modò à tota ſententia, verùm etiam certo ejus articulo rectè appellari, *per l. etiam 29. §. ex cauſa 1. ff. de minorib. Beſold. c. 7. n. 1. in pr. de appell.*

(d) *l. 1. §. ſi quis. 2. ff. h. t. Novell. 23, c. 4. c. anteriorum. §. illud*

illud etiam 2. *quæst.* 6, quod est de substantia appellationis, *d. Nov.* 23. *c.* 4. *ibi*, cum non oporteat ad compares judices appellationes referri, sed à minore judicio in majus tribunal ascendere. Æquum enim non est, ut minor corrigat errorem majoris judicis, sed potius econtra, *c. cum inferior 16. x. de majorit. & obed. c. inferior sedes. 21. dist. Sigism. Scaccia quæst. 2. n. 4. d. appellat. Marant. n. 3.* Vtque par in parem imperium habeat, *l. non magistratus 4. ff. d. recept. arbitr. l. ille à quo 13. §. tempestivum 4 ff. ad Sct. Trebell.* Itaq; consuetudine introduci non potest, quod à majori ad minorem, vel à pari ad parem appelletur, *Felin. in rubr. x. d. appell. Marant. n. 129. Philip. de Franchis in rubr. n. 2. de appell. Sigism. Scaccia d. quæst. 2. n. 6* quia contra substantialia actus consuetudo non valet, eò quod sublatis vel mutatis substantialibus actus degeneret in aliam speciem, *l. cum precario. 12. ff. de precar. l. ubi ita donatur. 27. ff. de mort. ca. donat. Tolosan. Lib. 1. c. 3. n. 5. de appellat.* Quid ergò si per errorem magistratus unus pro alio provocatus fuerit, num nocebit error appellanti? Distinguo cum *Ulp. in l. 1. §. si quis 3. ff. h. t.* Aut appellans provocat ad majorem, vel ad parem, & error ipsi non officit, sed causa ad eum, qui appellari debuit, remittitur: Aut ad minorem, & tunc in ea causa est, ut noceat. *Duar. c. 4. de appellat. Donell. Lib. 28. comment. c. 6. f. 439.* Vt enim quod pluris est, utiq; tanti est, *l. cum furti. 9. ff. de in lit. jurand. l. is cui. 11. quemad. servit. amit.* ita appellando ad majorem dignitatem videtur quis appellâsse ad minorem, secus si ad minorem, *Guid. Pap. quæst. 41. d. appellat. Iust. Mejer part. 2. Lib. 49 s. 1. n. 12.* Majorem autem vel superiorem hîc intelligo ratione administrationis, non dignitatis. *Br. in l. 1. §. si quis 3. de appell.* Potest enim quis major esse ratione administrationis, qui minor sit ratione dignitatis *Tol. Lib. 4. c. 1. n. 4. de appellat.*

(e) *l. qui Romæ. 122. §. Seia. 5. ibi* & victus provocavit, *ff. de V. O. l. Imperatores 21. ff. de appellat. c. dilecti 66. x. eod.*

eod. c. anteriorem. §. illud etiam 2. quæst. 6. Gaill. 1. obs. 119. n. 2. Mynſ. 1. obs. 67. VVeſ. in v. ff. h. t. n. 9. Appellatio itaque omiſſo medio judice facta de jure Civili non valet, *d. l. Imperatores. 21. Ordinat. Cam part. 2. t. 29. §. 1.* quia juriſdictiones non debent confundi *l. nemo 4. C. de jurisd. omn. jud.* niſi judex mediatus juſtitiam denegaret, aut aliàs ex juſtis cauſis ſuſpectus, vel inhabilis eſſet, aut cauſam ſua ſponte ad ſuperiorem remitteret. *Toloſ. Lib. 4. c. 2. d. appell. Gaill. d. obs. 119. Ord. Cam d. lo. Marant. 15. n. 375.* ſecus tamen eſt de jure Canonico; quo liberum cuiq; relinquitur etiam omiſſo medio coram ſuperiori litem provocationis exercere *c. cum Metropolitanum 2. quæst. 7. Juſt. Mejer part. 2. Lib. 49. t. 1. n. 12.*

(f) Provocationis enim vox latius patet, quàm vox appellationis, ſiquidem provocatio omne id beneficium ſignificat, per quod judicis auxilium imploratur, ſive in judicio ſive extra judicium. Appellatio verò proprie continet actum judicialem. *Marant. de appell. n. 2. 5. & 6. Duar. d. c. 1. h. t.* Promiſcuè tamen in jure noſtro hæc duo uſurpantur, *l. præſes. 27. ff. d. Re. judic. l. ſcio 3. §. f. l. illud. 8. ff. de appellat. Donell. Lib. 28. comm. c. 4.* Hoc provocationis beneficio etſi multi abutuntur, uti conqueritur *Imp. in Novell. 49. pr. l. quoniam 18. C. d. appellat.* dum protelandi magis injuſtam cauſam, quàm jus ſuum perſequendi partes calumnioſè provocant, *l. ex quo pace 12. §. & hoc 7. C de. ædif. privat. Ordinat. Cam. part. 2. t. 28. §.* Darzu dieweil je zu zeiten. *Sigiſm. Scaccia quæst. 3. n. 2. d. appellat.* Non tamen propter hoſce beneficii appellationum abuſus, ipſum beneficium generatim damnare auſim, *Beſold. c. 1. n. 9. d. appellat.*

(g) *l. 1. in pr. ff. h. t. l. 1. §. f. ff. ad SCt. Turpill.* Veritas enim à pluribus ventilata clarior evadit, & quæſita à multis faciliùs invenitur *c. de quibus diſt. 20. c. prudentiam, ver. illa quippe x. de offic. delegat. l. ult. C. de fidei com. Teſſa decis. 246. n. 4. Heig. part. 1. quæst. 10. n. 9.* licet nonnunquam ἐκ παραλόγου

alys contingere posit ut bene latas sententias in pejus reformet novissimus, teste *Ulp. in d. l. 1. ff. h. t. Petr. Greg. Tolos. l. 1. c. 3. n. 12. de appellat.*

III.

Species appellationis constituo duas (a) judicialem nempe & extrajudicialem. Illa est cum à sententia (b) definitiva & interlocutoria, (c) Hæc cum à decretis sive mandatis, & actibus extra judicialibus (d) appellatur.

(a) *l. 1. §. alia causa 2. ff. quand. appell. l. judicibus 24. l. oportet 36. C. de appell. c. cum sit Romana 5. x. eod. c. si quis c. ad Romanam. 2. quæst. 6. Ordinat. Cam part. 2. tit. 29. §.* Und so von Beyurtheilen/ *& §.* Wo aber von andern. *Philip. Franch. in rubr. de appell. Sigism Scaccia. quæst. 2. n. 32. Chilian.* König/ *part. 4. c. 18. Proces. Rosbach tit. 71. n. 2. Proces. VVesenb. in ∞. hic. n. 5. Tolosan. Lib. 50. c. 2. n. 5. Syntag. & Lib. 1. c. 11. n. 1. de appellat. Gaill. 1. obs. 120. n. 6.*

(b) *d. l. judicibus 24. C. de appell. VVesenb. h. t. n. 8.* Estq; litis vel controversiæ inter partes litigantes per judicem declaratio & definitio, absolutione vel condemnatione facta, *Speculat. tit. de sentent. in pr. Abbas in rubr. x. de re jud.* à sentiendo sic dicta quod judex per eam, quid sentiat declaret, indeq; lites partium definiat ac determinet *l. sicut 8. §. sed si quæritur 3. ff. si servit. vind. Marant. part. 6. de sentent. n. 2.*

(c) Quæ non super principali negotio, sed super emergenti vel incidenti quæstione inter principiū & finem causæ interloquendo fertur *gl. in Clement. 2. vers. definitiva de sequestr. poss. & fruct. Marant. d. part. 6. de sentent. n. 2.* Estq; vel simplex, quæ in finibus interlocutoriæ simpliciter consistit & permanet, *Gaill. 1. obs. 129. n. 2. Myns. 2. obs. 49.*

Vel

Vel mixta, quæ ulterius progrediens vim definitivæ obtinet, eiq; tum quoad formam interponendæ appellationis, tum quoad alios juris effectus æquiparatur, *Gail. 1. obs. 130. n. 5. Ordinat. Cam. part. 2. tit. 29 §.* Vnd so von Beywurtheien. *Rosbach. tit. 71. n. 4. proces.* Dicitur autem interlocutoria tunc vim diffinitivæ habere, quando per illam non diffinitur integre causa principalis, sed per indirectum tangitur & definitur quæstio, quæ ad definitivam spectat *Marant. part. 6. de sentent. n. 42. Gail. d. obs. n. 6.* A qua nisi appelletur, etiamsi injusta sit, tamen in rem judicatá transit, & jus parit, *Argument. l. jus pluribus. 11. ff. de j. & j. l. 1. §. pari modo. 4. ff. de liber. exhibend. l. cum prolatis. 32. l. judex 55. ff. de re judicat.* modò contra expressum jus facta non appareat, *l. 1. §. item cum 2. ff. quæ sent. sine appell. rescind. l si expressim 19 ff. de appell.*

(d) Tàm à parte quàm judice factis, *Gaill. 1. obs. 120. n. 1. Rosbach. t. 73. n. 6 proces.* Distinguendum tamen hic est inter jus Civile & Canonicum. Iure namq; Canonico ab omni gravamine etiam extra judiciali licet appellare *c. super 12. x. de appellat. c. 1. c. Romana. 3. de appellat. in 6. Rosb. tit. 71. n. 11. proces.* Iure verò Civili ab iis tantùm extrajudicialibus, qui formam ac vim sententiæ judicialis continent, appellari potest, *l. 1. §. solent 3. ff. quand. appell. l. Imperatores 21. §. si magistratus 2. ff. de appellat. Br. in l f. n. 4 ff. de appellat. recip. Duar. de appellat. c. 1. VVesenb. in π ff. h. t. n. 8.* Ut à primo & secundo decreto, *Bl in l. si clericus 2. n. 15. C. de Episc. audient.* Ab impositione muneris sive electione, *l. 1. §. solent 3. ff quand. appell. Tolosan. Lib. 1. c. 12. n. 2 de appell.* A tortura vel incarceratione, *Tolosan. Lib 2. c. 4. n. 4. & 18.* Ab executione, *l. ab executione 5. C. quor. appellat.* A consultatione, *l. 1. §. quæsitum 1. ff. h. t. l. 1. C. de relat. VVesenb. d. lo. n. 8.* Num etiam à tutelæ tàm testamentariæ & legitimæ quàm dativæ datione? Placet mihi negativa communis Dd. sententia ob textus expressos in *l. 1. § si quis tutor. 1. ff. quand. appell.*

appell §. qui autem. 16. Inst. de excusat. tutor. l. scire oportet 13. in f. pr. ff. de excusat. quam etiam amplectitur Magnificus Dn. Ordinarius Leopoldus Hakelmannus, Præceptor ac Promotor meus perpetuâ animi devotione colendus, *disp. 15. & 20. quæst. Illustr. Marant part. 6. n. 324 Tolosan. Lib. 2. c. 21. de appellat. Anton. Fab. C. suo h. t. definit. 8. & tit quor. appell. non recip. definit. 1. & 2. Besold c. 7. n. f. de appell. VVesenb. in π. ff. de vacat & excusat. mun n. 2. Duar. de excusat. tutor. c. 1. Donell. Lib. 3 Comment. c. 9.* Hæc tamen extrajudicialis appellatio in Camera non recipitur, sed gravans conveniendus est apud suum judicem non appellandum. *Mynſ. 4. obſ. 42 n. 3 Gaill. 1 obſ. 120. Ordin. Cam. part. 2. t. 29.* Reichsabschied *de Anno 94. fol. mihi 724. verſ.* Darumb ſetzen/ꝛc.

IV.

Appellare (a) autem possunt omnes, (b) qui sententia judicis per condemnationem sunt gravati, (c) utputa, excommunicatus, (d) bannitus (e) læsæ majestatis reus, (f) & is, cujus sententiam everti vel retractari interest. (g)

(a) Qui appellationem interponit appellans, *l. appellanti 13 ff. de appellat. c. directæ 39. §. respondemus x de appell.* item appellator dicitur, *l 1. § dies 7 ff quand, appell. l. un. in pr. ff. si pendent appellat. l. eos 6. §. super his. 3. l. minimè 12 l. cum appellatio. 23 l. ampliorem 39. pr. C. de appell. l. tempora. 2. in f. C. de tempor. appellat. c. cordi 1. c. cum appellationibus 5. de appellat. in 6.* Contra quem verò, sive adversus quem appellatur, is appellatus vocatur. *d. c. cordi 1. verſ. Si verò appellatus c. reprehensibilis 26. §. si autem c. sæpè 44. in pr. x. de appellat.* An autem verbum APPELLO, sit de forma, vel sufficiant alia quæcunque verba æquipollentia, ut si dicat

 appellans,

ppellans, Proclamo, Provoco, Conqueror, seu submitto me, meaq; bona sub protectione judicis superioris, quæritur? Posterior arridet sententia, tum quia non refert, quod ex verbis æquipollentibus proferatur, *Philipp. Franc. in c. audientiam 34. n. 2. pr.* tum quia verba deservire debent ipsi intentioni, & non econtra, proinde merito mens potiùs, quàm verba attendenda *Sigismund. Scaccia quæst. 3. n. 19. de appellat. Vant. de nullit. ex def. proces. n. 92.* tum quia discrimen inter verba, appellare & provocare hodie penitus à foro recessit, *Rutger. Rulant. part. 4. Lib. 8. c. 13. de commiss.*

(b) Commune enim est beneficium appellatio, *l. cum minor 3. §. falsus 1. ff. rem rat. hab.* Proinde permissum omnibus, qui expressè non prohibentur, *l. eos. 6. pr. l. & in majoribus 20. l. si quis 30. C. de appellat. c. omnis oppressus c. si quis c. ad Romanam c. ideo 2. quæst. 6. Philip. Franc. in rubr. n. 5. de appellat. Sigism. Scaccia quæst. 5. n. 1. de appellat. Tolos. Lib. 5. c. 1. n. 1.* Quæ regula in prohibitoriis usitatissima, *l. cum prætor 12. in pr. ff. de judic. l. nec non 28. §. item 2. ff. ex quibus caus. major. l. qui accusare 8. ff. de accus. l. mutus 43. §. cum quæritur 1. ff. de procurat. argument. rubr. Inst. quibus non est permis. f. t.* Quamdiu igitur in his non constat, an prohibitus quis sit appellare, etiamsi nihil quicquam ullibi de ejus permissione legatur, tamdiu tamen pro non prohibito habendus, *d. l. cum prætor. 12. de jud. & d. l. mutus 43. §. cum quæritur 1. ff. de procurat.* Itaq; in dubio appellationi potius deferendum, quàm contra eam, ceu desertam, pronunciandum, *Gail. 1. obs. 81. n. 10. Menoch. 2. præsumpt. 96. Cacher. decis. 38. n. 5. Br. ad l. un. ff. nihil innov. appell. pend.*

(c) Quod intelligo non solùm de re verâ gravato, sed etiam de eo, qui se probabiliter sententiâ judicis gravatum opinatur, *l. appellanti 13. §. non solere. 1. ff. de appell. c. si quis putaverit c. quoties 2. quæst. 6.* Quid verò si plures in communi causa unâ sententiâ sint condemnati, num consortibus quoq; profutura est hæc gravati provocatio? Utiq; *l. si*

qui

qui separatim 20. *§. quod est* 4. *l. cum in una* 17. *ff. de appell. Donell. Lib.* 28. *Comment. c.* 5. *Sigism. Scacc. quæst.* 5. *n.* 58 *de appellat. Raginell. de appellat. §.* 2. *c.* 1. *n.* 29. *Gail.* 1. *obs.* 126. *n.* 3. etiamsi consortium nomina in libello appellatorio non sint complexa, vel appellans cum adversario transegerit, aut se ratione proprii interesse tantùm, non etiam commodo alterius provocare, dixerit, *l. si post.* 10 *§. hi qui f. ff. de bon. poss. contr. tab. Br. in l à sententia* 5. *n.* 6 *ff. de appell. Hart. Pistor. part.* 1. *quæst.* 47. *Mynsing.* 2. *obs.* 66. *Gail.* 1. *obs.* 70.

(d) *c. cum inter* 5. *c. significavit* 11 *x. de except. Felin. in rubr. n.* 2. *de sent. excom Tolos. Lib.* 1. *c.* 11. *n.* 11. *& Lib* 5. *c.* 1. *n.* 19 *de appell. Br. in l. qui ultimo* 29. *ff. de pœn. Besold. c.* 5. *n* 1. *de appellat.* Quod verum puto in appellatione judiciali, cum habeat naturam defensionis, quæ nemini deneganda, *Daniel. Moll. Lib.* 4. *sem. c.* 33. *n.* 5. *VVesenb. consil.* 43. *n.* 177. & ideò neq; excommunicato. Secus tamen in extrajudiciali, quæ vim habet conventionis, *Gaill.* 1 *obs.* 120. *n.* 4. At excommunicatus alium convenire non potest, siquidem pro civiliter mortuo habetur, *d. c. cum inter* 5. *& c. significavit* 11. *Sichard ad auth. habita C. ne filius pro patr. n.* 14. Ergò neq; extrajudicialiter potest appellare, *Franc. Hercul. c.* 10. *n.* 18. *de attentat. Sigismund. Scacc. quæst.* 5. *n.* 6. *de appellat.*

(e) Ducto argumento ab excommunicato ad bannitum, utpote qui hoc nostro seculo excommunicato æquiparatur *Besold c.* 5. *n.* 1. *de appell.* quiq; inter sese multa habent similia. Sicut enim excommunicatio eiicit excommunicatum à communione fidelium, vel perceptione sacramentorum, *c. à nobis* 2. *x. de except. c. si celebrat* 10. *x. de Cler. excom. Felin. in rubr. de sentent. excom.* Ita bannum separat bannitum à beneficiis civitatis, quæ competunt civibus, *Sigism. Scacc quæst.* 5. *n.* 9. *&* 84.

(f) *l. Pannonius* 86. *§. rei perduellionis* 1. *ff. de acquir. her.* tum quia nullibi prohibetur, nec aliter expresse cautum

reperitur,

reperitur, tum quia in dubiis benignior sententia sequenda. *l si fuerit 10. §. plane 1. ff de reb. dub. l. semper 56. ff de Reg. Iur* tum quia hic non disceptatur de glande legenda, de pecore pascendo, aut, ut Ictus Vlp. loquitur in *l. Divus 6 ff. de bon. damnat.* de levi annulo, sed de sanguine & vita hominis, *l. quisquis 5. C ad l Iul. majest Moll r. Lib 4. sem c. 33 n. 6* Exemplum elegans nobis suppeditat *Paulus Apostolus*, qui in objecto læsæ majestatis crimine appellâsse legitur, *Actor c. 25 v. 12.* Lex Valeria, quæ de vi majestatis damnatis jus appellationis indulsit. *Alex. ab Al 4. gen. dier. 6 Gig.us de crim læs maj rubr. de plur. & var. quæst. 913. n. 3. Gom. 3. var. resol. 13. n. 2.*

(g) *l ab executore 4. § alio 2. l. à sententia 5. pr. ff de appell. l. 1. ff de appell. recip. c. cum super 17. x. de re jud ubi Felin. n 11. Ruger. Rulant. part 4. Lib 8. c. 13. n. 13. de Com. VVes. in n. ff. de appell n. 7. Duar. hic c. 2: Gail. 1. obs. 70. & 122. Vant de nullit tit quis possit dic. de nullit n. 4 Tolos. Lib 5. c 1. n 3. de appell.* Num ei quoq;, cujus potest interesse in futurum, appellare concessum? Sic sane, si hoc interesse non sit separatum à jure principalis, *Surd. Consil. 271. n. 19. Bes. c. 5. n 2. de appell. Gail. 1. obs. 70. Tolos. Lib. 5. c 1. n. 21.* Rosenthal *c. 9. memb. 1. concl 25 n. 8. de feud.* Interesse autem alicujus hoc loco cum *Donello 28 com. c. 6.* accipio, non solùm si ejus pecuniariter intersit, id est, si alio condemnato aliquod damnum ei in re familiari emergat, sed etiam si quod incommodum famæ vel existimationis ad eum pertineat, ut, patris hîc interest, filium non pronunciari servum, *l si procuratoris 2. §. si is qui 2. ff. quand. appellar l. 1 ff. de liberal. caus.* Vel propinquo, cum interest, ne propinquus capite damnetur, quia putatur nota capitalis alicui inusta ad totam familiam pertinere, *Donell d lo.* Sic etiam alibi dicitur patris interesse, ne animus liberorum suorum corrumpatur, *l ut tantum 14. ff. de serv. corr.*

Similiter

V.

Similiter quoq; appellare possunt dominus territorii pro subditis (a) Senior pro vasallo, (b) Episcopus pro subjectis (c) Capitulum pro Episcopo, (d) Civitas pro Cive, (e) Maritus pro Uxore, (f) Parentes pro Liberis, (g) Cognatus pro Cognato, (h) & viceversa subditi pro domino, vasalli pro seniore, Clerici pro Capitulo, Cives pro Republ. (i) Filius pro Patre. (k)

(a) Quod non simpliciter in quacunq; contra subditum latâ sententiâ admitto, ne partem pot ntiore prægravare adversario videar, contra *l. 1 inf. & l. quia 3. pr. ff. de alienat jud. mut. ca fact t t. C. ne liceat pot. patroc. præst.* Sed tum demum, cum ipsius domini interest & factum subditorum tangit dominum, puta, si qu s à subditis collecta indebite exigere, si eos in cultura agrorum iniquè turbare, molestare, mulctare, sub jurisdictionem trahere, aut ad contumeliam domini ipsius injuriam inferre audeat, *Gail. 1. obs 125. Sigism. Scaccia quæst 5. n. 57. Rugmel. de appellat. §. 2. c 1. n. 87. vers prædicta. Besold. c 5. n. 2. Tolos. Lib. 5. c. 1. n 24 de appellat.*

(b) Si enim quilibet pro suo interesse appellare potest. *l. ab executore 4. §. alio 2 ff. de appellat l 1. ff. de appellat. recip c. cum super 17 x de re judic. Gaill. 1. obs. 122.* Utiq; & feudi domino interesse habenti, concessum erit, *Guid. Pap. decis. 464. n 3. Gail. 1 obs 125. n. 7.*

(c) *Argument. c. dilectis 55. x d appellat. Specul. t. de appell § 1. inf. n. 15 Tolosan. lib. 5. c 23 Guid Pap. n. 24 de appell. & decis. 464. n. 3. Gail. d. 1. obs. 125 Philip. Franch. in d. c.*

d. c. dilectis n. 5. Besold. c. 5. n. 2. Ruginell. de appel. §. 2. c. 1. n. 83. Sigism. Scaccia quaest. 5 n. 53. de appell.

(d) Si factum Episcopi concernat praejudicium Ecclesiae, *c. dilecti 13 x. d. majorit. & obed. ubi Innoc. & Panorm. n. 1. Specul d. t. de appellat. §. 1. inf. n. 15. Sigis. Scacc. quaest. 5. n. 55 de appell. Tolos. Lib. 5. c. 1. n. 25. Gaill. 1 obs 70 n. 11.*

(e) *Sigism. Scacc. d. quaest. 5. n. 53. Gaill. d. obs. 125 n. 6. Besold c. 5. n. 2. de appellat. Philip. Franch. c. dilectis 55. n. 5. Tolosan. Lib. 5 c. 1. n. 26. de appellat.*

(f) Vbi distinguo cum *Bart. Castr. & Salicet ad l. maritus 21. C. de procurat.* inter bona receptitia, seu aliunde uxori constante matrimonio obvenientia, & inter bona dotalia & paraphernalia. In his potest maritus appellare sine mandato, & citra ratihabitionem, *l. f. C. de pact. convent. argum l. de his 11 & l in rebus 30 C. de jure dot. l. doce. 9. C de rei vind. l dotis 7. §. si res 3. ff. de jur. dot. Gail. 1. obs 133. Coras. 5. miscel. 14.* In illis verò absque mandato, praestita tamen cautione de rato, *l. maritus 21. C. de procurat. Gail. d. obser. 133. n 4. Rauchbar Lib. 1. quaest. 2. n. 42. Sigism Scacc. quaest. 5. n. 65.* Vxor tamen pro marito absente agere vel appellare nequit. Defendi enim uxores à viris, non viros ab uxoribus aequum est *§. patitur 2. Inst. de injur. l. quod si 2. ff. eod. l. & primò 2. §. sed et si f. ff. ad SCtum Vellej. l. qui absente 4. C de procurat.* Nisi agat pro marito captivo relaxando, *l. amplius 3. §. cum verò 2. ff. de liberal. caus.* quae uxoris pro liberando marito captivo appellatio in Camera quoq; recipitur, teste *Gaill. d. obs. 133. n. 8. Besold c. 5. n. 10.*

(g) *l. si procuratoris 2. §. si is 2. ff. quand. appell. l. 1. §. sed & 1. ff de appellat. recip. Speculat. de appellat. §. 1. n. 10. Cravet. cons. 278. n. 1. Tolos. Lib. 5. c. 1. n. 15. Ruginell. §. 2. c. 1. n. 73. Sigism. Scacc. quaest. 5. n. 42. & 63. de appell.*

(h) Quod regulariter in conjunctis personis receptum, ut pro conjuncto sine mandato admittantur, si caveant de rato, *l. sed & hae personae 35. ff de proc. l. exegendi 12. C. eod.*

eod. Gaill. 1. obs 133. n. 2. Quod extendo cum Iasone & aliis *in d. l. exigendi*, etiam ad amicum, ita tamen, ut is, cujus nomine appellatum est, intra decem dies postea appellationem ratam habeat, *Reginel. de appell §. 2. c. 1. n. 80. Sigism. Scacc. quæst. 5. n. 67. Tolos. Lib. 5. sc. 1. n. 17. de appell.*

(i) Quod enim lædit universos, non potest non per consequentiam obesse singulis, *l. in provinciali 3. §. si in publico 5. ff de oper. nov. nunt. Felin. in c. 17. n. 14. x. de sent. & re jud. Besold c. 5. n. 2. Cravet. Cons. 278. n. 1. vers. 2. Vant. de nullitat. tit. quis poss. dic. de null. n. 6.*

(k) *l. ex consensu 23. §. filiusfam 2 ff. de appell. Duar. hic c. 2. Guid. Pap. decis. 203. Cravet. d. cons. 278. n. 1. Tolos. Lib. 5. c. 1. n. 14 Prosper Farinac in quæst crim. quæst. 99. n. 169. Ruginell. de appell. §. 2. c 1. n. 74. Sig. Scac. quæst. 5. n. 63. & 65.*

VI.

Pari modo provocare possunt emptor pro venditore, vel venditor pro emptore, (a) creditor pro debitore, (b) fidejussor pro reo, (c) coheres pro coherede, (d) legatarius pro herede per inofficiosi querelam victo, (e) & si qui sunt similes.

(a) *l. ab executore 4. §. item 3 ff de appell. l si parentes 20. C de evict. Anton. Fab C. de appell. defen. 27. Sigismun. Scacc. quæst. 5. n. 35.* At quid utriusq; hic interest? Hujus ut omnes intelligant, ipsum in ea venditione bona fide versatum fuisse, *Donell ad l. si parentes 20. C. de Evict. n. 1.* Illius ut potius rem retineat emptam, quàm cum auctore suo in evictionis puncto litiget. *Anton. Fab. C. t. quor. appell. non recip. defens. 5. n. 13.*

(b) A sententia, quâ debitor victus super proprietate

rei oppignoratæ, *l. ab executore 4 §. idq. 4. ff. de appell.* Distinguendum tamen hic est, num sciente creditore egerit debitor, an ignorante. Priori casu admittitur ad appellationem creditor, quia ipsius jus dependet à jure debitoris, unde si declaratum est, debitorem non habere jus in re, per consequens censetur declaratum, etiam creditorem jus non habere, & sic censetur lata contra utrumq;. Posteriori verò non, quia debitor nullum facit præjudicium creditori absenti, *d. l 4. §. 4. Sigismun. Scacc. quæst. 5. n. 59. Donell. Lib 27. Comm. ad l. sæpè 63 de Re jud fol. 418.*

(c) *l à sententia 5. pr ff. de appell. & ibi Bart. n. 2. Sigism. Scacc. quæst. 5. n. 31. Ruginell. de appell. §. 2. c. 4 n. 24.* Cujus hoc interest, quod sententia in rem judicatam migrante, cessante principali, ipse tandem conveniri possit, *l peresi 4. ff. de fidejuss. §. fidejussor 2. Inst. eod.*

(d) Quia dum condemnatur heres, simul etiam condemnari videtur coheres, *d. l à sententia 5. pr. ff. de appellat. Sigism. Scacc. quæst. 5. de appell.*

(e) Sive per collusionem pronunciatum legatarius asserat, *l. si suspecta 29. pr. ff. de inoff. test. l. à sententia 5. § si heres 1 l. si perlusorio 14. §. quotiens 1. ff. de appellat. Ruginell de appellat. §. 2. c. 1. n. 28. Sigism. Scacc d. quæst. 5. n. 37. Donell. Lib. 28 Comm. 6. fol. 436.* Sive citra collusionem per injuriam sit pronunciatum, *Bart. in d. l. si perlusorio 14. in f. pr. & l. si servus 50. § si hereditatis 1. ff de legat. 1.*

VII.

Sic etiam quilibet extraneus (a) pro eo, qui ad supplicium ducitur, (b) vel ad membri abscisionem condemnatur, (c) appellare potest: Humanitas enim & officium, quod est inter

ter hominem & hominem, facit, ut cujuslibet intersit, ne alius perimatur.(d)

(a) Quia homo homini, ut dictum, per humanitatem tenetur, *Guid. Pap. n. 82. de appell per l. non tantùm 6. ff. de appell. l. addictos 29. C. eod. l. servus 7. ff. de serv. export.* Num & Clericus? Maximè, *l. addictos 6. C. de Episc. aud. Besold. c. 5. n. 11. de appellat.* Etenim Ecclesia, quæ cultrix & autrix est justitiæ, non patitur contra justitiam aliquid fieri in se, vel in alterum 1. *f. 13. vers. sed diversum. Guid. Pap. n. 84. de appell.* Quid verò si damnatus resistat, perire festinans? Adhuc puto differendum supplicium, *Ulp. in l. non tantùm 6. ff. de appell. Rutger. Rulant. part. 4. Lib. 8 c. 13. n. 28. de Commiss.* cùm nemo audiatur perire volens, *d. l. 6. Tolosan. Lib. 2. c. 7. n. 9.* nemoq; sit dominus suorum membrorum, *l. Liber 13 ff. ad L. Aquil.* Quid si judex non attentâ hac provocatione executionem maturare instituat? Ipsi potest de facto resisti, cum per talem appellationem sublata sit jurisdictio ipsius, *l. pastoralis 25. §. præterea x. de offic. deleg. Guid. Pap. de appell. n. 94.* Vel pro admissi atrocitate, etiam capitaliter puniri, *l. Lex Iulia. 7. §. hodiè f. ff. ad L. Iul. repetun. Guid. Pap. d. lo. n. 89. & 94.*

(b) *d l. non tantùm 6. & d. l. addictos 29. Rutg. Rulant. d. lo.* Cur autem maximè in capitalibus hoc locum habet? Quia res gravissima hominem vitâ privare, *Affl. decis. 391. n. 7.* Sol quidem occidere & redire solet, homini verò cum semel occidit vita brevis, nox est perpetuò una dormienda, *Novell. Leon. 66.* Proinde deliberandum diu, quod de vita statuendum semel. Dignâ itaq; digni reprehensione non dicam populi Septentrionales, sed omnes judices, qui reum pridiè suspendere, postridie justè an secus fecerint, disquirere solent.

(c) Quia abscissio membri æquiparatur morti, eò quod saltem membrum illud moriatur. *Novell. 128. c. 20. Guid.*

Pap. Tolos. Lib. 2. c. 7. n. 13. qui post *Vasq. 1. Illust. quæst. 41. n. 9. Beseld c. 5. n. 11. de appell.* hoc etiam extendit ad condemnatum in causa civili pauperculi, cujus tanta egestas est, ut ipse appellare nequeat. *Bart. ad l. Stichus 16. ff. de pecul. legat.*

(d) *d. l. non tantùm 6. & d. l. addictos 29. Bart. in d. l. 6. ff. de appellat. Tolosan. Lib. 5. c. 1. n. 7.* qui dicunt, pro damnato ad supplicium cuilibet licere appellare, nempe nomine proprio propter cognationem illam, quam natura inter homines constituit, *l. ut vim 3. ff. de j. & j.* vel quia beneficio affici hominem maxime intersit hominis, *l. servus 7. ff. de serv. export.* Id quod etiam Sacris literis consentaneum. Erue enim, inquit Rex omnium sapientissim. *Prov. 24. vers. 11.* eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur in interitum, liberare ne cesses. Exemplum habemus videre in Ionatha, *1. Reg. 14. vers. 45.*

VIII.

Præterea sunt qui non suo, sed alieno nomine provocant, ut procuratores, (a) Syndici, (b) Actores, (c) Tutores nomine pupilli, (d) Curatores nomine adulti, (e) & negotiorum Gestores, (f)

(a) *l. ab executore 4. §. si procurator. 5. l. Lucius 18. ff. de appell. l. dominus litis 9. l. si actor. 10. C. eod. l. si procurator 2. ff. an per al. caus. appell. l. servus 11. ff. de publ. jud. l. cum rem 2. C. de procur. Sigism. Scaccia quæst. 5. n. 10. de appell. Iust. Meyer. part. 2. t. de appell, n. 9.* Sive sententia sit interlocutoria, sive definitiva, *Gaill. 1. obs. 139. n. 9.* sive generaliter, sive ad unicam tantùm causam sint dati, *l. sed si unius 17. §. procuratorem 16. ff. de injur. Br. in l. invitus 17. C. de procur. Rutger. Rul.*

part.

part. 4. Lib. 8. c. 13. n. 26. Tolosan. Lib. 5. c. 1. n. 13. de appell. Aliâs tenentur domino actione mandati ad interesse, *l. si procurator. 8. §. quod 8 ff. mand* An etiam si ad actum singularem puta ad accipiendum libellum, vel audiendam sententiam siut dati? Nego *l. diligenter 5. pr. ff. mandat. l. maritus 21. ibi*, id solùm exequi debet, quod procuratio emissa præscripserit, *C. de procur. Gail. 1. obs. 139. n. 12. Besold c. 5. n. 7.* Quid verò si procuratorem paupertas, metus, infirmitas aut alia justa causa excuset, quò minus appellet? Tunc domino tàm scienti, quàm ignoranti intra decendium sententiam denunciare debet, ut ipse quid in rem suam futurum existimet, dispicere possit, *c. injustè 14. x. de procur. Gail. d. obs. 139 n. 9. Mejer. d lo.* At cur procurator tenetur appellare? Quia appellationis interpositio est de prosecutione primæ instantiæ, *Scaccia de quæst. 5. n. 12. de appellat.*

(b) *l. 1. §. tutores 13 ff. quand. appell l. item 6. §. actor universitatis 3 ff. quod cujuscunq; univers. nom l. 1. C. de off. ejus qui vic. alic. jud. obt.* Censentur enim habere mandatum cum libera, *Cravet. consil. 278 n. 1. Capyc. decis Neapolit. 5. n. 1. Mynf. 4. obs. 76. Rosbach process. t. 19. n. 32.* Dicuntur autem Syndici propriè procuratores universitatis, qui communi mandato causas & lites universitatis in judicio persequuntur & administrant, *Wesenb. in t. ff. quod cujuscunq; univ. nom.*

(c) *l. item 6. §. actor. 3. ff. quod cujuscunq; univers. nom. l. munerum 18. §. defensores 13. ff. de muner. & honor. l. si actor. 10. C. de appell.* Hi differunt à prioribus, qui ad agendum omnes causas tàm præsentes quàm futuras constituuntur: actores verò ad certam cum decreto *Donell Lib. 28. Comm. c. 12. f. 195. §. f. Inst. de curator.*

(d) *l. negotiorum 24. l. tutor. 27. l. creditor. 28. § substituti 2. ff. de appell. l. 1. §. tutores 13. ff. quand. appell. l. unic. §. tutor. 1. ff. si pend. appell. l. si bonam causam 11. C. de administ. tut.*

Sigism. Scacc. quæst 5 n. 40. Mejer. part. 2. tit. de appellat. n. 9. Tciof. Lib. 5. n. 11. Besold. c. 5. n. 9. de appellat.

(e) *d. l. negotiorum 24. & d. l. tutor. 27. ff. de appell. Wesen. in 1. ff. de appell. n. 7. Sigism. Scaccia d. quæst. 5. n. 40.* Modo bonam causam foveant, *l. si bonam 11. C. de administr. tutor. Inst. Mejer. d. lo.*

(f) *l. 1. pr. ff. de appell. recip. l. liberto 31. §. litem 1. ff. de negot. gest. l. negotiorum 24 ff de appellat.* dummodo is, cujus nomine appellatum est, ratum habeat intra tempus appellandi, *d. l. 1. ff. de appell recip. Sigism. Scacc. quæst. 5. n. 29 de appellat. Philip. Franch. in c. Nicolao 64. f. mihi 147. de appell.* Nec quicquam refert, sive ipsi appellent, sive procuratoris opera utantur vicariâ, *Bl. in l. dominus 9 C. de appell.* Quemadmodum autem arbitrii fuit suscipere negotium alterius, ita consummare susceptum est necessitatis, *l. nam & servus 21. §. si verò 2. ff. de negot. gest. l. in commodato 17. §. sicut 3. ff. commod.* Itaq; qui egerunt, injuria verò judicis succubuerunt, nec provocarunt, non absimiles videntur vinitori, qui vineam egregiè quidem coluerat, sed uvas, cum maturuissent, perire siverat, aut agricolæ, qui cum bellè sementem fecerit, ac plantarit, fructum non collectum interire patitur. *Bald. in l. tutori. 20. n. 4. C. de negot. gest. Fulgos. in l. si pupilli 6. §. videamus 12. de negot. gest. n. 4.*

IX.

Hoc mirum in modum controvertitur, an procurator datus ad agendum cogatur appellationem interpositam prosequi? Negativa sententia etsi multis haut vulgaris judicii & authoritatis arrideat, affirmativa tamen tanquam crebrioribus Dd. votis & melioribus juris fundamentis

damentis suffulta cum Donello (a) mihi placet.

(a) *Lib. 18. comment. 16. fol. mihi 234.* qui vult, ut quivis procurator ad agendum datus & appellare, & appellationis litem non solùm exercere posit, sed etiam, nisi mandati teneri velit, debeat. Rationes quibus movetur, potissimùm sunt hæ. 1. Est *ἐνέργεια* verbi AGERE. Agere enim non est litem instituere de re aliqua, sed rem in judicio persequi, unde actio dicitur jus judicio quid persequendi, *pr. Inst. de action. l. nihil aliud 51. ff. de O. & A.* Hoc autem persequi nihil aliud est, quàm tamdiu sequi, donec agendo consequi possumus, quod volumus, aut certum sit amplius agi non posse.

Secunda ratio desumitur ex *l. si procurator. 2 ff. an per alium caus. appell. redd. poss.* Ubi dicitur, si procurator victus appellaverit, uti pro officio appellare debet, quamvis rationes reddiderit appellationis suæ, nondum tamen functus est suo officio, sed nihilominus ipse respondere debet, id est, causam appellationis agere, si vult satisfacere fidei & obligationi susceptæ.

Tertia ratio petitur ex *l. invitus 17. C. de procurat.* Ubi ad agendum data procuratio etiam ultra rem judicatam extenditur, provocationis gratia. At provocationis verbum generale est, & tàm provocationem interponendam, quàm interpositam prosequendam complectitur.

Quarta colligitur ex *l. si procuratorem 8. §. igitur 8. ff. mand.* Vbi scribit Vlpianus, si fidejussor nomine debitoris conventus damnatus sit, siquidem sciverit incumbere ei necessitatem provocandi, nisi paupertas ei non permisit appellare, tunc enim excusata est ejus inopia. Ex quibus patet, ICtum loqui de appellatione à fidejussore non solùm interponenda, sed etiam interposita prosequenda. Non enim

enim potest impedire paupertas fidejussoris quò minus appellet, si appellatio nullum sumptum desiderat. *Donell. d. lo.*

X.

Porrò licet appellatio sit commune auxilium, non tamen omnibus indiscriminatim appellare conceditur: Quidam enim, prohibentur lege, quidam proprio facto. Lege prohibentur servi, (a) contumaces (b) in non veniendo, insignes latrones, (c) seditionum concitatores, (d) Duces factionum, (e) monetæ adulteratores, (f) raptores virginum, (g) convicti, (h) confessi (i) ob fiscale debitum liquidum damnati, (k) & trino judicio superati. (l)

(a) *l. servi 15. l. Lucius Titius 18. l. creditor 28 ff de appell. Bart. hic Tolos. Lib. 5. c. 1. n. 10. de appell. Duar. hic c. 2.* Personæ enim conditio illis obstat, *Donell. 28. commen. c. 6. fol. 435.*

(b) *l. 1. l. abstinendum 4. C. quor. appellat. non recip. l. & post. 73. § sciendum 3. ff. de judic. l. properandum 13. § cum autem 4. C. eod. l. ex consensu 23 §. eum qui 3. ff. de appellat. Donel. Lib. 28. comm. c. 6. f. 436. Duar. hic c. 2. Marant. n. 284 Gail. 1. obs. 132. n. 7. Rutger. Rulant part. 4. Lib. 8. c. 13. n. 29. Gravat. ad Octavian. Vestr. Lib. 7. c. 3. n. 54 Sigism. Scacc. quæst. 17. limit. 3. n. 1.* Beneficium enim appellationis conceditur ei, qui est oppressus à judice, non verò ei, qui adversus judicem est contumax, contra quem, utpote rebellem, largè loquendo, omnia jura reclamant, *Scacc. d. lo.* & cui omnis adimitur defensio, *Schrad. part. 9. c. 7. n. 110. de feud.* Proinde ut contumacia ejus coerceatur, *l. contumacia 53 ff. de*

Re

Rejudic. non auditur, cum appellationem deseruisse videatur. *Bald in d. 73. §. f de judic.* Contumacem autem intelligo eum, qui vere, non ficte vel præsumptive aut apparenter contumax est, *l. ab eo 3. l. ea 7. Rutger. Rulant part. 4. Lib. 8. c. 13. n. 29. de Commiß. Sigism. Scacc. quæst. 17. limit. 3. n. 17. Schrad. d. part. 9. c. 6. n. 114. de feud.* Estq; is, qui tribus edictis propositis, vel uno pro tribus, quod vulgò peremptorium appellatur, literis evocatus, præsentiam sui facere contemnit, *l. contumacia 53. §. contumax 1 ff. de rejud. Marant. d. lo.* Quid verò si procurator sit verè contumax, num dominus ab appellatione repelletur? *Nego cum Rutgero Rulant part. 4. Lib. 8. c. 13. n. 10. de Commiß. Sigism. Scacc. quæst. 17. limit. 3. n. 8.* Quid si rustici, mulieres, minores vel milites sint verè contumaces, num hi repellentur? *Adhuc nego, l. minor 8 ff. de minorib. l. cum 25. §. sin autem 1. ff. de probat. Philip. Franch. in c. Nicolao 64. vers. postremò quæritur de appell. Sigis. Scacc. quæst. 17. limit. 3. n. 11. Besold. c. 6. n. 4. de appellat.*

(c) *l. constitutiones 16. ff. de appell. l. si quis 6. §. quid autem 9 ff. de injust. rupt. Donell. Lib. 28. comm. c. 6. fol. 436. Marant. n. 296. Guid. Pap. n. 87. de appellat. Prosper Farinac. qq. crim. quæst. 101. limit. 6. n. 53. Sigism. Scacc. quæst. 17. limit. 4. n. 79. de appellat.*

(d) *d. l. constitutiones 16. ff. de appellat. Innocent. in c. pastoralis 28. n. 3. de off. & potest. jud. deleg. Sigism. Scacc. quæst. 17. limitat. 4. n. 80. de appellat. Donell. d. lo. Rauchbar. Lib. 2. quæst. 8. n. 10.*

(e) *d. l. constitutiones 16. & l. observare 2. C. quor. appell. non recip. c. cum sit Romana 5. §. præterea de appell. Marant. n. 296.* Sic Agesilaus cum conspirationem adversus Rempub. Lacedæmoniorum ortam noctu comperisset, leges Lycurgi, quæ de indemnatis supplicium sumi vetabant, continuò abrogavit, *Tolosa. Lib. 2. c. 8. n. 1. de appellat.*

(f) *l. 1. pr. C. de fals. monet. Prosper Farinac. qq. crim.*

quæst. 101. limit. 5. n. 52. Sigism. Scacc. quæst. 17. lim. 4. n. 85. Damh prax. criminal. c. 65. n. 10. Marant. n. 294.

(g) *l. unic. vers. quibus inf. pr. C. de rapt. virg. Tolos. lib. 2. c. 8. n. 3. Donell. 28. comm. c. 6. fol. 436. Marant. n. 295. Sigism. Scacc. quæst. 17. lim. 4. n. 77. de appellat.*

(h) Non solùm testibus argumentis & propria confessione simul, sed & notoriè & evidenter convicti tantùm, *l. si qui 34. C. de adult. Sigism. Scacc. quæst. 17. limit. 4.* In notoriis enim non admittitur appellatio, *c. cum sit 5. inf. c. pervenit 13. c. consuluit 14. x. de appell. Rauchb. Lib. 2. quæst. 8. n. 36.* Nec requiritur juris ordo vel solennitas, *Bald. in l. presbiteri 8. C. de Episc. & Cler.* cum notorium quavis probatione sit efficacius, per q; id plus probetur, quàm per vocem ipsam, *Innoc. in c. propositum n. 6. x. de probat.* Hinc rectè Bartolus, ut refert *Grammat. decis. 36. n. 34.* dixit, ponendum esse aliquid in os convicto, ne loqui, vel defensionem tentare posit. Non itaq; hæc duo conjunctim & copulativè, ut *Marantan. 292.* facit, requiri, sed divisim, sive causa sit criminalis sive civilis, cum *Besoldo c. 6. n. 1.* intelligenda esse statuo.

(i) *l. generaliter 13. inf. C. de non num. pec. c. cum speciali 61. §. porrò x. de appellat. c. Romana 3. §. si autem eod. in 6. Rauchb. d. quæst. 8. n. 32. Gram. decis. 36. n. 32. Scacc. Lib. 1. c. 97. n. 119. de judiciis causar. civil.* modo sponte sint confessi, non tormentis, etiamsi levibus, territi vel adacti, *l. observare 2. C. quor. appell. Scacc. quæst. 15. lim. 4. n. 45. de appell.* Multi namque tanta sunt impatientia, ut quodvis mentiri delictum, quàm pati tormenta velint, econtra multi patientia sive duritia tormentorum ita tormenta contemnunt, ut exprimi eis veritas nullo modo posit, teste *Ulpiano in l. 1. §. quæstioni 23. ff. de quæstion.* Nec distinguo inter voce propriâ, vel per procuratorem confessum, *c. qui facit 72. x. de Reg. Iur.*

(k) *l. abstinendum 4. l. & publicarum 8. C. quor. appellat.*

non

non recip. *Marant. n. 300 Tolosan. Lib. 2. c. 9. n. 1. de appellat.* Nihil enim ex iis, quæ fisco debentur, differri posse videtur sine incommodo publico, *Donell. Lib. 28. Comm. c.6. fol. 437.* Num idem obtineat in quovis alio debito? *Affirmo per d. l. abstinendum 4. C. quor. appell. non recip.*

(1) *L. unic. C. ne liceat in una ead. ca. Novell. 82. c. 5. c. directæ 39. c. tua nobis 65. x. de appellat. Marant. n. 269. Donell. Lib. 28. Comm. c.6 fol. 438. Rutger Rulant. part. 4. Lib. 8. c. 13. n. 32. de Commiss. Frider.* Schenck *L. B. à Tautenberg in progymnasm. fori Lib. 2 t. 15. n. 23. Chil. Goldst. in Ench. Process. jud. pag. 96.* Hoc tamen trinum judicium tertio, obtentu sui interesse intervenienti. nihil incommodat. *Argum. l. sæpe 63. ff. de re jud. Gaill. 1. obs. 70. n. 25.*

XI.

Quidam prohibentur ob proprium factum quod consistit in renunciatione, quæ fit vel mediante pacto, (a) vel sine eo. (b) Mediante pacto, aut expreßè, aut tacitè renunciatur. Expreßé, verbis ipsam renunciationem declarantibus, (c) Tacitè, deserendo appellationem, (d) Sine pacto renunciatur, si quis ante sententiam professus fuerit, se à judice non provocaturum. *(e)*

(a) l. f. §. f. C. de tempor. appell. l. tale pactum 40 § qui 1. ff. de pact. Marant. n. 341. Mynſ. 1. obſ. 14. Gaill. 1. obſ. 135 n. 10. Besold. c. 6. n. 5. de appell. Ordin. Cam. part. 2. t. 28. §. Und dieweil *verſ.* Es were denn. *Hering. c. 27. part. 5. n. 60. de fidejussor.* ubi refert simul, in *Camera Impial. 12. Februar. Anno 1572.* appellatum appellanti in expensas condemnatum

 fuisse

fuisse ob renunciationem semel factam, & postea repetitam. Non tamen pro renunciatione habendum puto, si paciscantur, se staturos sententiæ, quæcunq; etiam illa fuerit. Etenim qui ita paciscuntur de æqua solùm convenisse sententia præsumuntur, *argum. l. si libertus 30. ff. de oper. libert. c. adhaec 20. x. de appell. Marant. n. 341.* Multo minus existimo per hanc renunciationem sublatam nullitatis deductionem, cum appellatio & nullitatis dictio duo sint juris remedia ad invicem separata, & ex diversa orientia causa, ut ita uno dempto nihilominus remaneat alterum, *Vant. de Nullit. c. quis poss. dic. de nullit n. 36. Besold. c. 6. n. 5. Gail. 1. obs. 135. n. 6.* nisi specialiter quoq; eidem renunciatum fuerit, *Gail. d. obs. 135. n. 9.*

(b) *l. § si quis 3 ff. à quibus appell. non lic. Donell. Lib. 28. Comm. c. 6. fol. 436. Marant. n. 341.*

(c) *d. l. f. §. f. C. de tempor. appellat. Marant. d. lo. n. 341.*

(d) Vel quando appellans post interpositam appellationem adhuc litigat coram judice à quo quia redeundo ad ipsum censetur appellationi renunciare, *c. sollicitudinem 54. x de appellat. & ibi Phil. Franc. Marant d. n. 341.*

(e) *d. l. 1. § si quis 3. ff. à quibus appell. non lic. Donell. Lib. 28. Comm. c. 6. fol. 436.*

XII.

Hactenus dictum, qui possint appellare, vel non: Nunc ordinis ratio postulat, ut dicatur, à quibus appellare liceat. Appellare autem regulariter licet ab omnibus judicibus, (a) à delegatis, (b) ab ordinariis, (c) à juris arbitris, (d)

(a) *l. 1.*

(a) l. à Proconsulibus 19. C. de appell. l. his 2. C. de his qui propter met. jud. non appell. c. omnis oppressus, c. ad Romanam 2. quest. 6. Vesf. in 7. h. t. n. 3. Vult. Jurispr. Rom. Lib. 2. c. 33. Marant. n. 246. Tolos. Lib. 3 c. 1. de appellat. Hæc enim lex non scripta, sed nata est, quam non didicimus, non accepimus, non legimus, sed ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti, sed facti non instituti, sed imbuti sumus, ut si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, in tela aut latronum aut inimicorum inciderit, omnis honesta ratio erit expediendæ salutis, *Cic. pro Milone, & 1. Offic.* Num etiam à judice cum clausula, conscientiam tuam oneramus, dato? Cur dubitem, cum cujusvis sit judicis, cavere ne iniquè judicando conscientiam suam oneret, *l. rem non novam 14. cum auth. seq. C. de judic. Novell. 8. c. 7.*

(b) *l. arbitro 9 ff. qui satisd. cog. l. cum specialis 18. C. de judic. l. tempora 2. vers. quod si ab arbitro C. de tempor. appellat. l. eos. 16. l. à proconsulibus 19. l. præcipimus 32. C. de appellat. Marant. n. 246.*

(c) *l. à proconsulibus 19. l. quoniam 21. C. de appellat. Just. Mejer. part. 2. Lib. 49. t. 2. n. 1. Marant. d. lo. n. 246.*

(d) *l. arbitro 9. ff. qui satisd. cog. l. f. §. substituti 2. ff. de appell. l. tempora 2. vers. quod si ab arbitro C. de tempor. appell. c. ab arbitris 11. de off. deleg. in 6. Marant. n. 272. Bart. in l. 1. §. interdum n. 8. ff. à quibus appell. non licet. Sigism. Scacc. quest. 17. limit. 13. n. 5. Besold. c. 3. n. 2. Tolos. Lib. 2. c. 12. de apellat.* Dico autem juris arbitros ad differentiam compromissariorum sive voluntariorum, à quibus appellare prohibitum, *l. 1. C. de recept. arbitr. c. à judicibus 2. quest. 6. Everh. in Top. loco, à judic. ad arbitr. n. 17. Gaill. 1. obs. 150. n. 8.*

XIII.

Excipiuntur tamen Princeps, (a) Camera

 Imperialis,

Imperialis, (b) Papa, (c) Rex Galliæ, (d) Hiſpaniæ, (e) Angliæ, (f) Bohemiæ, (g) Electores Imperii, (h) Archiduces Auſtriæ, (i) Dux Venetorum, (k) Lotharingiæ, (l) Burgundiæ, (m) Wirtenbergenſis, (n)

(a) *l. 1. §. & quidem ff. à quibus appell. non licet*, ubi ICtus Ulpianus ait, ſtultum eſſe illud admonere, à Principe appellare fas non eſſe, cum ipſe ſit, qui provocetur, nec major inveniri poſsit, ad quem eatur, *Weſenb. in 2. ff. h. t. n. 1. Donell. Lib. 28. comment. c. 6. f. 437. Sigiſm. Scacc. quæſt. 16. limit. 1. n. 1. de appell. Marant. n. 248.* Et cur jus ipſum finitum eſſe debere dicimus, ſi non & judicia finem ſint habitura, *Heig. part. 1. quæſt. 10. n. 14.* Proinde appellatio à Principe male informato ad melius informandum non procedet, teſte *Heig. d. quæſt. n. 18. Juſt. Mejer. part. 2. Lib. 49. t. 2. n. 2.* Iura enim ab eodem ad eundem appellari vetant, *l. 1. pr. ff. de appell. argum. l. ille à quo 13. §. tempeſtivam 4. ibi* ipſe ſe non cogere poterit, *ff. ad SCtm Trebell.* Nec reprehenſione vacat, qui ſummum Principem in cognitionibus cauſarum incuriæ & negligentiæ inſimulare audet, cujus acta omnia maturo conſilio confici exiſtimantur. *l. f. C. de fidei com.* A reſcripto tamen Principis provocari poſſe nullus dubito, *l. 1. §. quæſitum 1. ff. de appell. Toloſ. Lib. 2. c. 2. n. 1.* Vivum nobis exemplum apponit *Antiochus 3. Aſiæ Rex*, qui omnibus Regni ſui urbibus ſcripſiſſe dicitur, quod, ſi quid in literis vel reſcriptis, quæ ejus nomine ſcriberentur, eſſet, quod legibus adverſari videretur, crederent, ſe ignaro eas ſcriptas eſſe, & propterea ei non parerent, *Sigiſm. Scacc. Lib. 1. c. 53. n. 33. de jud. cauſar. civil. & crim.*

(b) *Ord. Cam. part. 3. t. 51. ibi* Wir ordnen / ſetzen / und wollen auch / daß von den urtheilen am Käyſerlichen Cammerge-

richt

recht ergangen/vnd außgesprochen / kein theil weiter zu appelliren oder zu suppliciren macht haben soll/*Gaill. 1. obs. 121. n. 3.* quam *Maximilianus I.* laudatissimæ memoriæ Imperator communi statuum Imperii consensu *Anno* 1495. in VVormacensibus Comitiis instituit, *Heig. part. 1. quæst. 9. num. 5. Ventur de Valent. in Parthen. litig. Lib. 1. c. 16. n. 3.* Revisionis tamen beneficium Imperatori & statibus conceditur, *Ord. Cam part. 3 l. 51. ibi* Ob aber einige parthey *& t. 53. in pr. Rutg. Rulant. part. 1. Lib. 2. c. 21. de commissar.* An autem hæc Revisio Cameralis executionem prioris sententiæ suspendat, intricatæ quæstionis est. Affirmat *Heig. part. 1. quæst. 10. n 63.*

(c) Eandem enim usurpat in suis territoriis jurisdictionem, quam Imperator in Imperio, *c. patet c cuncta 9. quæst. 3.* Verùm quid mihi cum Papa? Missum hunc facio, qui licet judicare audeat omnes, judicari verò velit à nullo, nihilominus tamen aliquando punietur in æternum cum diabolo, *glossa elegans, in c. si Papa dist. 40.*

(d) *c. per venerabilem 13. x. qui fil. sunt legit, c. novit, 13. de judic. Duar. c. 1. de feudis Chass. in Catalog. gl. mund. part. 5. cons 30 Speculat. §. 3 n 3. de appell. Rebuff. tr. de appell. n. 28. Tolos. Lib 3 c. 7. n. 5. de appellat.*

(e) *gloss. in c. Adrianus dist. 63. Panormit. in c. novit, 13. n. 16 de judic. Vasq. 1. controv. 22. n. 11. Gomez. in §. fuerat n. 5. Inst. de actionibus.*

(f) *Felin. c. 12. x. de præscript. Ventur à Valent. in Parthen. litig. Lib. 1. c. f. n. 32. Benev. Stracha part. 4. n. 27. de mercator.*

(g) *Aurea Bul. Carol. IV. Imperat. t. 8. de Regis Bohemiæ Regnicolarum ejus immunitate, Rutger. Rulant. part. 4. Lib. 8. c. 13 n. 4. de Commiss. Besold. c. 2. n. 19. circa f. de appellat. Buxtorff. ad. d. c. 8. conclus. 88.*

(h) *Aurea Bulla t. 11 de immunitate Principum Electorum.* Quod tamen privilegium Electores Ecclesiastici & Palatinus

Palatinus neglexerunt: Solus verò Elector Saxoniæ constanter retinuit, & Brandeburgicus non ita pridem per concessionem Imperialem recuperavit, *Heig. part. 1 quæst. 4. n. 31. Iulian. Magenhorst in Comment ad Ord. Cam. part. 2. t. 28. fol. 274. Besold. c. 2. n. 19 de appell.* An autem & reliqui Duces Saxoniæ hoc jure utantur? Affirmat *VVesenb. in §. à quibus appellat. non lic. n. 2. Matth. Coler in Orat. de orig. & progressu juris Saxonici ad process. execut. Heig. part. 1. quæst. 4. n. 42. Dn. D. Arumæus, ad Auream Bullam c. 11. §. 11.* quod expressè etiam literæ Ferdinandi loquuntur, ut de eo dubitare absurdum putet Knichen, *c. 2. n. 34. verb. jus de Saxon. non prov. jur.*

(i) *Rutger. Rulant. part. 4 Lib. 8. c. 13 n. 5. Mynß. Cent. 5. obs. 58. Besold. c. 2. n. 19 de appellat.*

(k) *Rutger. Rulant. part. 4. Lib. 8. c. 13. n. 6 Iohan Cephalus consil. 32. Lib. 1. n. 5. Anton. Peregr. Lib. 1 de jur. fisc. de iis qui jura fisci hab. n. 69. Sigism. Scacc quæst. 16 limit. 12. de appellat.*

(l) Qui nec in prima, nec secunda instantia in Camera convenir potest, exceptis causis contributionem, pacemq; publicam concernentibus, *Mynß. cent. 1. obs. 19. Besold. c. 2. n. 19. de appell. Bod. de Repub. fol. 197 VVaremund ab Erenberg Lib. 2. de fæderib. pag. 269. ibi* Lothringischer vertrag *Anno* 1542. zu Nürmberg auffgericht.

(m) Transactionem tamen, sive Burgundicam, uti vocant, concordiam *Augustæ Anno* 1548. cum *Carolo V.* celebratam, nequaquam de Duce ipso, sed de subditis ipsius Ducis Burgundiæ, in causis violatæ pacis publicæ à loco domicilii non avocandis, sed coram Ordinario judice loci ad pœnam Banni & juris communis conveniendis, intelligendam esse, verba transactionis satis superque indicant, quæ sic se habent. Deßgleichen auch die Stände vnd Vnterthanen aller obbemelter vnser Erbland/vnser Käys. Landfrieden zu halten/vnd zu handhaben schuldig. Item, Doch soll dieser vertrag

vnd

vnd bewilligung dem heiligen Reich an denen Landen / so demselbigen hievor verwand gewest / ꝛc. vnvergreifflich / vnd hiermit nichts benommen seyn. Cæterùm participat Dux Burgundiæ de oneribus & honoribus. *d. Transact. Burg. fol. 359*

(n) *Iust. Meier. part. 2. Lib. 49. l. 2. n. 2. Colleg. Argentor. Besold. c. 2. n. 19. de appell. Bocer. class. 6. disp. 34. th. 36.*

XIV.

Item Senatus Romanus, (a) Præfectus Prætorio, (b) delegati cum clausula, APPELLATIONE REMOTA, (c) dati, & Executores. (d)

(a) *l. 1. §. Senatus 2. ff. à quibus appell. non lic.* Quia Principem repræsentat, *l. 1. in pr. ff. ad l. Iul. maj. l. quisquis 5. C. eod. VVesenb. in π ff. à quibus app. non lic. n. 3. Tolos. Lib. 3. c. 11. n. 1. Heig. part. 1. quæst. 10. n. 13.*

(b) *l. à proconsulibus 19. l. si quis 30. l. jam trigesima 35. C. de appell. l. un. C. de sent. præfect. prætor. VVesenb. in π. ff. à quibus appell. non lic. n. 3. Donell. Lib. 28. Comment. c. 6. fol. 437. Heig. quæst. 4. n. 51. & quæst. 10. n. 12.* Cujus rei rationem reddit *Arcadius in l. un. §. his cunabulis 1. ff. de off. præf. præt.* Credidit enim, inquit, princeps, eos, qui ob singularem industriam explorata eorum fide & gravitate, ad ejus officii magnitudinem adhibentur, non aliter judicaturos esse pro sapientia & luce dignitatis suæ, quàm ipse foret judicaturus.

(c) *l. 1. §. interdum 4. ff. à quibus appell. non lic.* Quâ clausulâ solus Princeps delegare potest, *d. l. 1. §. interdum 4.* Hanc tamen clausulam non extendo ad remedium nullitatis sive supplicationis, *c. inter cætera 2. c. pastoralis 53. de appellat. Bender. de Revis. concl. 36. n. 14. Gail. 1. obs. 135. n. 7.* Neq; ad præjudicium tertii, *c. super eo 15. x de off. deleg. Damhud. in prax. civ. c. 24. n. 3. Specul. de appell. §. in quibus autem*

casibus n. 15. Gail. 1. obs 70. n. 12. Vant. in tr. de Nullit tit. quis possit dic de null n. 15. Mynss. 1. obs. 3. Rescripta enim Principis cum justitia & salvo jure tertii sunt intelligenda, *l. nec 2. C si per vim vel alio mod.* Nec cuiquam debent esse damnosa, *l Paulus 8 ff. de prator. stipul. l. nec avus 4 C. de emancip. liberor.* An autem omnis appellatio, vel saltem moratoria & frivola per hanc clausulam sit sublata, non satis inter Dd. convenit? Negat *Bender. de Revis. c. 36. n. 8.* Affirmat *Marant. n. 337.* & alii, quibus adstipulor.

(d) *l ab executore 4. ff. de appellat l. ab executione 5. C. quor. appell non recip.* Interest enim publicè, non differri rerum judicatarum, & planè peractarum executionem, *Donell. Lib. 28 comm c. 6 fol. 437.* Limitatur tamen hoc, ut non procedat in exeqnutore modum excedente *d. l ab executione 5. C. quor app* quia tunc desinit esse exequutor, *Sigismun Scacc quæst. 17. limit. 11. n. 6. Ruginel. §. 2. c. 2. n. 64. Tolos. Lib. 2. c. 11. n. 2. de appellat.*

XV.

In omni præterea causa, (a) regulariter appellandi facultas est. Iure Civili tamen à sententia definitiva tantùm, (b) eaq; valida, (c) non etiam interlocutoria, (d) nisi vim definitivæ, (e) & gravamen irreparabile (f) contineat, appellare permittitur. Iure Canonico semper appellatio est licita. (g)

(a) *l. placet 3. C. de pedan. jud. Novell. 82. c. 12. Marant. n. 399.* sive sit major, sive minor, *l. & in majoribus 20. C. de appellat.* sive civilis sive criminalis, *l. non tantùm 6. ff eod. l. addictos 6. C. de Episc. aud. Ættor. c. 25. vers. 12* sive communis sive propria, *l. si qui 10. pr. ff. eod. et. C si unus ex pluribus.*

An

An etiam â ſententia in poſſeſſorio lata appellatio valeat, contr oversi juris eſt? Eorum caſtra ſequor, qui talem appellationem, quoad effectum devolutivum, non autem ſuſpenſivum validam eſſe ſtatuunt, *Br. in l ante 2. ff. de appell. recip. n. 9. Marant. n. 305. Mynſ. 1. obſ. 13. n. 2. Schrad. part. 10. ſect. 14. n. 77. de feud. Matth. de Afflict. deciſ. 269.* A ſententia tamen per quam heres inſtitutus in teſtamento in bonorum poſſeſſionem mittitur, jure civili nec ad devolutivum, nec ſuſpenſivum effectum licitè appellari verius eſt, *l ſi res dilation. m 7. ff. de appell. recip ubi Bart. l. quicquis 6. C quor. appell. non recip.* Quid in cauſa alimentorum? Diſtinguo inter alimenta præterita & futura. Priori modo planè nego: Poſteriori verò ſi de futuris agatur, quoad effectum devolutivum admitto, *Ioh. Andr. in addit. ad Specul. t. de appell. rubr. in quibus cauſis ceſſet appell. verſ. 8.* Quid in cauſa juſtitiæ denegatæ? Tunc Cameræ juriſdictio propter juſtitiam denegatam fundatur, *Ord. Cam. part. 2. t. 1 §.* Es ſoll auch demnach / *verſ.* Es were denn ſach / daß einer die ordentliche Untergerichte vmb Recht erſuchet / vnd jhme darauff in zeit eines Monats nach beſchehenem erſuchen zu Recht nicht geholffen/oder jhme das fündlich verſaget/ oder mit geſehrden verzogen were. *Iulian Magenhorſt part. 2. t 29* Quid tandem in cauſa impoſitionis perpetui ſilentii in cauſis *ex l diffamari?* Omninò hic appellationem permiſſam arbitror, *Gail. 1. obſ 132. n. 1.*

(b) *l. ante ſententiam 2. ff. de appell. recip l. ante ſententio. 7. C quor. appell non recip. VVeſenb. in 7. ff de appell n 8.* Quid ſi aliquis appellet viva voce cum reſervatione appellandi in ſcriptis, & deinde appellet in ſcriptis, quæ appellatio erit valida, utrum prima, an ſecunda? Dico primam valere, *argumento l. à filia 62. §. alumno 1. ff ad SCt Trebell. l. ſi quis 72. ff. de acquir hæred. Bart. in l. procurator. 13. §. 1 ff. de oper. nov nunc Marant n. 144.*

(c) Nam à nullis, & inutilibus fruſtra appellatur, *l ſi*

expressim 19. l. ex consensu 23. §. cum procurator 1. ff. de appellat. l. si cum 2. l. certa 5. C. quand. provocar. tt. ff. quæ sent. sine appell. resc. VVesenb. in π. ff. hic n. 8.

(d) *l. ante sententiam 2. in f ff. de appell. recip. l. ante sententia. 7. C. quor. appellat. l. si clericus 2. C. de Episc. aud Mar. part 6 n 6. de sentent.* Differt autem interlocutoria à definitiva, quod hæc aut viva voce in continenti, vel in scriptis ex intervallo sine expressione gravaminum: Illa verò semper in scriptis cum speciali causæ certæ allegatione fiat, *l. 1. § f. juncta l. seqq ff. de appell. c. cum speciali 61. § porrò c. ut debitus 59 in pr. x. eod Gal. 1. obs. 130. n. 5. Marant. n. 154. Ord. Cam part. 2. t. 295.* Vnd so.

(e) Quando interlocutoria vim definitivæ habere dicatur, vide *Gail. 1. obs 130. Ordin. Cam. part. 2. t. 29. §.* Vnd se von. *& part. 3 tit. 81. §.* Vnd se sein. *Mynß. 3. obs. 88. n. 1. Marant. n. 42. Felin. in rubr de re jud.*

(f) *l. ante sententiam 2. ff de appell. recip. Gail. 1. obs. 130. Mynß. 4 obs. 43. Ord. Cam part. 2. tit. 28. §.* Item, Als täglich. Hujusmodi gravamen est sententia competentiæ vel incompetentiæ, *c. significante 34. x. de rescript Gaill 1. obs. 130. n. 9.* Impositionis perpetui silentii ex *l. diffamari, Gaill 1 obser. 132. Blarer. ad l diffamari c. 10.* Incarcerationis. Carcer enim est mala mansio, & species tormenti, *l. si hominem 7. in pr ff. depos.*

(g) Indistinctè in omni gravamine, vel quacunq; interlocutione, *c. non ita 2. quæst. 6. c. super eo. 12. x. de appellat. c. cum Romana 3. & c cordi 1. eod. in 6.* quod & apud Saxones observatur teste *VVesenb. in π. ff. h. l. n. 8.*

XVI.

Hæc tamen appellandi facultas enervatur in causis notoriis, *(a)* frivolis, *(b)* certo jure definitis,

definitis, (c) dilationem non recipientibus, (d) summam appellabilem, (e) aut privilegio conformem non habentibus. (f)

(a) *c. cum sit 3. inf. c. pervenit 13. c. consuluit 14. x. de appell. l. ejus 4. ff eod. Marant. n. 186.* nisi inseratur in appellatione causa rationabilis contra notorietatem, *Marant. n. 293.*

(b) *l. si expressim 19. ff. de appell. l. eos. 6. §. ne temere 4. C. eod. l. ab executione 5. l. quisquis 6. C. quor. appell. non recip. Marant. n 182 Scacc. quaest. 2. n. 48. de appellat.*

(c) *l. f ff. de appell. recip. Donell. Lib. 28. comm. c. 6. fol. 437. Tolos. Lib. 2. c. 22. de appellat.* Aut juramento, *l generaliter 12. §. sed juramento 1. C. de reb. cred.* Vel sorte, aequa tamen, decisis, *Muller. ad const. Elect. part. 3. const. 15. n. 9. Ruginell. § 2. c 3. n. 887. de appell. Sebast. Medic part. 2. quaest. 10. n. 1. t. 7. de fortuit. casib. Sigism. Scacc. quaest. 16. limit. 6. de appell. Marant. n. 257.*

(d) *l. si res f. ff. de appell. recip. l. quisquis 6. C. quor. appellat. non recip. Marant. n. 330. Tolosan. Lib. 2. c. 14. n. 8. de appellat.*

(e) De summa infra 50. aureos appellari vetat *Ordin. Cam. part. 2. t. 28. §.* Und sonderlichen quae postea in Comitiis Spirensibus Anno 1570. usq; ad 150. aureos fuit aucta, §. Als wir denn aus obangeregten *Visitation* Abschieden/*fol. mihi 612. Gail 1. obs. 123. n. 1. Mynsing. 5. obs. 83. n. 6.* Hodiè nisi controversia 300. florenos excedat, ad Cameram Imperialem appellari non potest, Abschied des zu Speyer *Anno* 1600. gehaltenen deputation tags / *§.* Wiewol nun auch / *vers.* Derwegen denn/ubi cautum, Daß kein Appellation sache / da die klage unter dreyhundert Reichsgülden Haubtsguts were / am Käyserlichem Cammergericht angenommen werden solle / *Ilico Umm. ad process. disp. 4 3. 14. num. 80.* In quibusdam tamen

casibus harum summarum in recipiendis appellationibus ratio non habetur, ut in actione injuriarum civiliter instituta, in controversiis super annuis reditibus, censibus, jure decimarum, servitutibus, aliisq; juribus incorporalibus, *Ordinat. Cam d. t. 28. §* Und sonderlich / *Gaill. d. obs. 123. n. 4.* Similiter quoq; prædicta summa non attenditur, si reus immediatè forum in prima instantia sortiatur in Camera: Tunc n. per viam simplicis querelæ causa etiam minima ibidem agitari potest, *Gaill. d. lo. Iulian. Magenhorst. part. 2. tit. 28. fol. 271.* Quid verò statuendum de causis criminalibus & matrimonialibus? Hæ nullo modo per appellationem ad Cameram devolui possunt, *c. decernimus c. quanto x. de judic. d Ordin. Cam. part. 2. t. 28. §. Item*, Nachdem auch / *Rutger. Rulant. part. 1. Lib. 2. c. 3. n. 2.*

(f) Multi namq; Principes ac Civitates à Cæsare impetrârunt, ne ab illorum sententiis appelletur, dummodò summa non excedat 200. vel 300. aureos. Exempla quam plurima recenset, *Iulian. Magenhorst. d. part. 2. tit. 28. fol. 273.*

XVII.

Forma appellationis in eo consistit, ut semper ab inferiore ad superiorem gradatim (a) fiat. Appellatur itaq; jure Canonico ab Archidiacono ad Episcopum, ab Episcopo ad Archiepiscopum, ab Archiepiscopo ad Primatem, à Primate ad Papam (b) Iure civili autem à delegato ad delegantem vel ejus successorem, (c) à Legatis proconsulis ad ipsum proconsulem, (d)

(a) I.

(a) *l. Imperatores 21 ff. de appell. c. dilecti 66. x. eod. Novell. 17. c. 3. VVesenb. in π. ff. h. t. n. 9. Marant. n. 375. Althuſ. Lib. 2. Iuriſpr. Rom. c. 32. Sigiſm. Scacc. quaeſt. 7. n. 2. de appell. Ord Cam. part. 2. tit. 29. in pr. ibi, Item,* Es ſoll keine *Appellation* an dem Käyſerlichen Cammergericht angenommen werden/ die nicht *gradatim* geſchihet/ vnd die einen nähern Richter hat/ quòd tamen cum illa limitatione *ſupra* §. 2, *lit. e.* poſita, accipiendum erit. Sic etiam ſi extat conſuetudo appellandi omiſſo medio, tùm eo poſtpoſito rectè ad alium ſuperiorem fit provocatio, *c. referente 7. x. de praebend. & dignit. c. Romana 2. de appell. n. 6. Marant. n. 374. Scacc. quaeſt. 7. n. 93. de appellat.* Studioſos quoque ex ſpeciali privilegio omiſſo medio ad Imperatorem appellare poſſe, tradunt, *Alexand. in l. 1. §. ſi quis ad Bart. ff. de appell. Philip. Franch. ad c. ſi duobus 7. §. deniq; 9. h. t. Marant. n. 372. Toloſan. Lib. 4. c. 13. de appell. Scacc. quaeſt. 7. n. 102. de appellat.* Tutius tamen eſſe conſiderare, quid in unaquaq; univerſitate quoad appellationem ſervetur, docet, *Matth. Stephan. Lib. 3. part. 2. c. 12. n. 80. de juriſdict.*

(b) *c. placuit c. omnes Epiſcopi c. ſi quis putaverit, 2. quaeſt. 6. c. Romana 3. verſ. ab Archidiaconis de appell. in 6.* Quo jure tamen omiſſo intermedio judice ad Papam appellari poteſt, *c. ad Romanam 2. quaeſt. 6. c. metropolitanum 2. quaeſt. 7. c. ſi duobus 7. c. ſolicitudinem 54. x. de appell. Donell. Lib. 28. com. c. 7. fol. 443.*

(c) Ut à legato Principis ad Principem, *l. 1. & 2 ff. quis & à quo appell. l. praecipimus 32. §. haec ſi appellatio 3. C. de appell. l. un. in f. C. qui pro ſua jurisd. Marant. n. 386 Guid. Pap. quaeſt. 32. de appell. Gail. 1. obſ. 121. n. 2. Toloſan. Lib. 4. c. 8. de appell. Sigiſm. Scacc. quaeſt. 7. n. 14. Cujac. & VVeſenb. in π. h. t.* Sed an à ſubdelegato ad ſubdelegantem ſit appellandum, acriter inter Dd. diſputatur? Diſtinguo, aut delegatus ſubdelegat totam cauſam, aut partem ſibi reſervat: Priori modo indiſtinctè tàm de jure Can. quàm Civili appellatur

pellatur ad primum delegantem, *c. super quæstione 27. §. porrò de off. delegat l. Imperator 21. §. idem 1. ff. de appell. l. 1. §. ab eo 1. ff. quis & à quo appell. Novell. 17. c. 3. in f. Marant. part. 4. dist. 5. n. 28. & part. 6. n. 386.* Posteriori modo appellatur ad subdelegantem, *l. un. C. qui pro sua jurisd. Marant. d. lo. Tolosan. Lib. 4. c. 8. n. 10. de appellat.* A sententia quoq; Vicarii seu locum tenentis appellatur non ad substituentem, sed ad illum, qui provocaretur, si ipsemet substituens sententiam protulisset, *l. 1. § 1 ff. quis & à quo appell. d. c. super 27. §. porrò de off. & potest jud. deleg. VVesenb. d. lo. Marant. n. 381.*

(d) *l. appellari 2 ff. quis & à quo appell. VVesenb. in π. ff. h. t. Cujac. 7. obs. 21.*

XIIX.

Ad formam quoq; appellationis pertinet, ut ea intra legitima fatalium dierum, (a) tempora proponatur, quæ tempora sunt in quadruplici differentia. (b) Quædam enim ad interponendam, (c) quædam ad petendos Apostolos, (d) quædam ad introducendam, (e) coram judice appellationis, quædam deniq; ad prosequendam, (f) vel justificandam appellationem spectant.

(a) Qui dies ideò fatales appellantur, quod, si observati non sint, appellatio expiret, & quasi fato fungatur. *Donell. Lib. 28. comment 7. fol. 447. Duar. lib. c. 5. in pr. Cujac. in π. C. de temp. appell. Besold. c. 8. n. 1. de appell.* Quando itaq; tempora ad litigandum concessa transeunt, lis mori, *l. properandum 13. §. hujusmodi 5. C. de judic. l. vel ei 3. § gesta 1. ff. quæ in fraud. credit l. cum lite 2. ff. judicat solu.* Vel perimi dicitur,

tur, *l. arbitrii 18. § dolo 4. ff. d dolo.* Econtrario lis dicitur vivere, quando agendi tempus supereſt, *l. cum quidam 21. in f. C. de fid. inſtrum.*

(b) *Toloſ. Lib. 6. c. 5. de appell. VVeſenb. in π. ff. quand. appell. n. 2. Ioh. Baptiſt.* Schwartzenthaler *in proceſs. Lib. 3. c. 8. de tempor. appellat.*

(c) Olim jure Pandectarum & Codicis licuit unicuique in cauſa propria appellare intra biduum, *l. 1. § biduum 5 ff. quand. appell. l. qui ſuſpectum 20. §. is verò 1 ff. de appellat.* Propria autem cauſa eſt, cujus emolumentum vel damnũ ad aliquem ſuo nomine pertinet, *d. l. 1. §. in propria 11. quand. app.* In aliena verò intra triduum, *d. l. 1. §. biduum & l intra 3 ff de appell. recip* Hodie autem Novellarum jure ſublata eſt ea differentia, & indiſtinctè appellandi tempus eſt 10. dierum, quod vulgò decendium appellant, *Novell. 23. c. 1. & auth hodie C. de appell. c. ſignificârunt 36. verſ. mandamus x. de teſtib. Ord. Cam. part 2. t. 29. §.* So ſollen auch die *Appellationes* vermög der Rechten innerhalb 10. tagen geſchehen. *Marant. n. 214. Rosbach t. 73. n. 24.* Quod tempus incipit currere præſenti à die latæ ſententiæ, ignoranti verò à die ſcientiæ, *l 1 §. ſi quis ſ ff. quand. appell c. concertationi 8. de appell. in 6. Donell. Lib. 28. comm. c. 6. fol. 439.* Neque diſtinguo inter pauperem & divitem, *Iaſon. in l. invitus n. 8 C. de procurat.* Inter paganum & militem *l. qui 20. §. militibus 2. ff de appellat.* Inter ſententiam puram & conditionalem, *l 1 §. biduum 5. ff. quand. appell. Scacc quæſt. 12. n. 3. Tiraquell de Retract. lignag. §. 1. gloſ. 10. n 44* Inter dominum & procuratorem, qui ex negligentia decendium non obſervavit, ſed prætertlabi paſſus fuit, *l. 1 §. ſ in f ff. quand. appell l. ſi procurator 10. C. de procurat. l. tranſactionis 7. C. de tranſact.* Quid verò ſi gravamen non ſit momentaneum, ſed continuum & ſucceſsivum? Decendium appellanti currere nego, *l. 1 §. interdum 3. ff. de uſufr. aureſc Marant. n. 216. Gail. 1. obſ. 139 n. 13. Sigiſm. Scacc. quæſt. 12. n. 144. de appell. Durand in ſpeculo*

F ſuo

suo Lib. 2. de appellat. §. restat. n. 6. VVes. in t. ff quand. appell. n. 3. Octavian. Vestr. in pract. Lib. 7. c. 3. n. 33. An autem ex compromisso vel judicis permissione hoc decendium prorogari possit, in dubium vocatur? Negativæ ego in Camera Imperiali recepta subscribo sententiæ, *Ord. Cam. part 2. tit. 29. §.* So sollen auch. *Gail. 1. obs. 139. n. 6. Iulian. Magenhorst. part. 2. tit. 29. regula 2.*

(d) Qui nihil aliud sunt, quàm literæ testimoniales vel libelli dimissorii, quibus judex a quo ad instantiam appellantis significat judici ad quem, an detulerit appellationi, vel non, *Rosbach t. 74. n. 1. Sigism. Scacc. quæst. 13. n. 2. de appellat.* quorum quinq; recensentur species. Alii enim sunt dimissorii, per quos judex appellationi defert, & appellantem à sua jurisdictione ad eum, ad quem appellatum est, dimittit, *l. unic ff. de libel. dimiss. Scacc. quæst. 13. n. 10. de appellat.* Alii refutatorii, per quos apparet, judicem non deferre appellationi, *l. f. §. in refutatoriis 1. C. de appell.* Alii reverentiales, per quos appellationi in honorem & reverentiam superioris defertur, *l. eos 6. §. super 3. C. de appell. Scacc. d. lo. n. 18.* Alii testimoniales, quando coram Notario, aliisq; honestis ac fide dignis personis appellatur, cum judex non potest inveniri, aut recusat Apostolos dare, *c. f. de appellat.* Alii deniq; Conventionales, quando scil. pars adversa admittit appellationem, sive in judicio, sive extra judicium, judice vel renuente vel tacente & permittente, *c. oblatæ 57. x. de appellat. Octavian Vestr. in prax. Lib. 7. c. 3. n. 32.* Petendi autem sunt Apostoli instanter & sæpius, Instantiam enim repetentis dissimorias constitutiones desiderant, *l. un. §. sufficit 2. ff. de libell. dimiss.* At quando petendi? Intra triginta dierum spatia. *l. judic. 24. C. de appell. c. ab eo 6. eod. in 6. Marant. n. 219. Octavian. Vestr. d. Lib. 7. c. 3. n. 33.* adeò ut si appellans intra hunc terminum 30. dierum non petat Apostolos, censeatur appellationi renunciasse, fiatq; appellatio deserta, *d. c. ab eo 6. de appell. in 6.* Quod tamen

men fallit, quando per judicem stetit, quo minus darentur Apostoli, quo casu de sua diligentia protestari potest appellans, *d l un. ff. de libell. dimiss. & d.c. ab eo.* Utrum autem hoc tempus petendi Apostolos statim à die latæ sententiæ, an verò â die interpositæ appellationis currere incipiat, serra inter Dd. trahitur? Distinguo cum *Maranta n. 220.* In Camera Imperiali Apostoli non sunt de substantia appellationis, sed impunè omittuntur, *Vult. Lib. 2. Iurispr. Rom c. 33. n. 32. Ordinat. Cam. part. 2. t. 30 §.* Würde aber durch den Richter *Gaill. 1. obs. 139. inf.* quod & jure Sax. constitutum est. Landrecht. *Lib. 2. art. 12.* licet consuetudo hodiè sit in contrarium, *Zobell part. 1. diff. 41. fol. mihi 183.*

(e) Non enim sufficit intra decendium appellatum, & Apostolos petitos esse, sed necesse est, ut appellans impetratis Apostolis se præsentet judici ad quem, petatq; appellationem recipi, idq; intra eum terminum, qui est arbitrio judicis â quo præfixus, certiorando postea eum de sua præsentatione facta coram judice ad quem, & referendo inhibitionem, *l. præses 5. C. de appell. c. personas 5. x. eod.* Et quamvis jure Civili certum præsentandæ sive introducendæ appellationis tempus non reperiatur, sed uti modò dictum, arbitrio judicis â quo committatur, qui consideratis circumstantiis locorum, personarum & causarum partibus terminum præscribit, tamen ex ordinatione Cameræ Imp. sex menses â die interpositæ appellationis ad introducendum litigatoribus conceduntur, *Ordin. Cam. part. 2. t. 30 §.* Würde aber. *Gaill. 1. obser. 140. n. 3.* qui menses si non observantur, sententia sicut in præcedentibus fatalibus, ita & hîc transit in rem judicatam, haberturq; appellatio pro deserta, *d Ord. Cam. §.* Und so also in einem oder anderm fall Restringitur tamen hoc tempus sex mensium in tres menses, quando actum est contra Principem in causa spoliationis, & ad Cameram appellatum fuit, *part 2. t. 8. §.* Wo aber der beklagte Churfürst/ *&* §. Würde aber *inf.* An autem judex â

quo hoc tempus minuere vel prorogare posit quæritur? Prius affirmo *per d. Ordin. Cam part. 2. t. 30. in pr ibi,* Und nicht darüber *Gaill. 1. obs. 140. n. 7.* Quid dicendum de judice ad quem? Hic terminum ex justis causis & minuere & prolongare potest, *Ord. Cam. part. 2. t. 30. §.* Würde aber/ *vers.* Sollen alßdenn Cammer-Richter vnd Beysitzer auff ansuchen der Partheyen/ nach empfangenem bericht solche zeit der sechs Monat zu prorogiren / vnd zu erstrecken macht vnd gewalt haben / *l. nonnunquam 72. ff. de jud. l. præses 5. C. de appellat.* dummodò appellans ad prorogationem termini obtinendam intra tempus Ordinationis, videlicet sex mensium id per supplicationem petierit, aliâs iis elapsis oleum & operam perdit, cum non amplius sit, quod prorogari posit, *l. nemo 3. C. de tempor. appell. Gail. d. lo. n. 7.* Similiter etiam possunt fatalia introducendæ appellationis prorogari expresso partium consensu sive compromisso, *Clement. quamdiu 4. de appellat. Gaill. d. obs. 140. n. 8. Ruginell. §. 10. gloss. 1. n. 47. de appellat.* Effectus hujus temporis appellationem præsentandi est, quòd judex appellationis superior non posit prohibere judicem à quo appellatur, ne in causa ulterius procedat, vel ne exequatur sententiam, à qua appellatum est, nisi prius totaliter constiterit, fuisse causam ad se devolutam, *c. Rom. 3. §. si verò de appell. in 6.* Item, ut acta primæ instantiæ intra tempus appellationis introducendæ pro debita mercede cum subscriptione & sigillo judiciali appellanti plene edat, *l. judicibus 24 ff. C. de appell c. ut debitus 59. x. h. t. Nov. 134. c. 3.* Quod si facere recuset judex, poterit ad id literis superioris compulsorialibus cogi atq; compelli, *l. is ad quem 2. C. de edend. & ibi Bart. Ord. Cam part. 2. t. 31. ins pr. Gaill. 1. obs. 154. n. 1. Tolos. Lib. 6. c 9. n. 3. de appellat.*

(t) Appellationis prosequendæ vel finiendæ tempus de jure Civili est annus integer ac plenus, qui nonnunquam ex justa causa extenditur ad secundum, *auth. ei, qui appellat. juncta l. cum anterioribus 5. §. illud 4. vers. Tunc etenim C. de tempor.*

tempor. appell. c. ex ratione 8. c. oblata 57. x. de appellat. Scacc. quæst 15 n. 44. de appell. VVesenb. in π. ff. quand. appell. n. 6. Tessaur. decis. 10. n. 1. Imò interdum ad tertium, *Marant. n. 228. Besold. c. 9. n. 4. in f. de appell.* Iure Sax. tempus exercendæ appellationis est tempus sex septimanarum, Landrecht/ *Lib. 2. art. 12.* Hodiè tamen jus civile in practica observari notat, *Zobel. part. 1. diff. 41. n. 6.* Ingens hîc est Dd. conflictus, à quo die fatalia prosequendæ appellationis fluere incipiant? Eorum sententia videtur communi calculo approbata, qui fatalia à die interpositæ appellationis computare incipiunt, *gloss. in Clement. sicut 3. in verbo, à die de appell.* Non tamen de momento ad momentum ut in decendio, *Gaill.* 1 *obs. 141. n.* 1. In Camera Imperiali hujusmodi fatalia appellationis prosequendæ ob multitudinem causarum locum non habent, *Gaill.* 1 *obs. 141. n. 7. Mynf. 2. obs. 48. Besold c. 9. n. 5. de appellat.* An autem hoc tempus compromisso vel expresso partium consensu prorogari possit quæritur? Omninò, *l. f. §. sin autem f. C. de tempor. appell. Gaill. 1. obs.* 141. *n.* 4. *Marant. n. 236. & 240. Tessaur. decis 10. n. 8.* De hoc quoq; non parum dubitatur, utrum elapso anno primo judex posit sententiam exequi tanquam appellatione deserta? Affirmo cum *Maranta n. 231. cum seqq. Sigism. Scacc. quæst. 15. n. 179. Ruginell. §. 10. gloss. 1. n. 31. de appellat.*

XIX.

Finis appellationis est, ut sententia iniquè ac injustè lata corrigatur, (a) Effectus multiplex, 1. Iudex appellationi regulariter deferre cogitur, (b) 2. Appellatio quoad præsentem causæ statum sententiam planè extinguit, quoad futurum tantùm suspendit, (c) 3. Appellans

pellan per appellationem interpositam statim eximitur à jurisdictione judicis à quo, (d) 4. Appellatio causam in eum statum, quem tempore litis contestatæ, habuit, reducit, (e)

(a) *l. 1. in f pr. l ff. de appell. l. 1. §. f. ff ad SCtum Turpil. VVesenb. in* ϖ. *ff. h. t. n. 10. Duar. hîc c. 3.*

(b) Vel ut jus civile loquitur, cogitur, recipere appellationem, *tt. ff. de recip. appell. l. quoniam 21. C. de appell. Novell. 69. c. 2. §. 1. Novell. 82. c. 12. Marant. n. 399* vel admittere, *VVesenb. in* ϖ. *ff. de appellat. n. 10.* Certis tamen casibus exceptis, de quibus in *l. f. ff. de appell. recip.* Quod si non fecerit, tàm ipse, quàm officialis ejus, nisi restiterit, 10. auri pondo largitionibus Imp super inferre cogitur, *d l quoniam 21. & l. judicibus 24. C. de appellat.*

(c) *d. l. 1. §. f ff. ad SCtum Turpill. l. furti 6. § sed si ff. de his qui not. inf. l. rei capitalis 2. § cum f. ff. de pœn. glos. in c. venientes 19. in verbo executioni x d. jurejurand. Gaill. 1 obser. 144. n. 1. Besold. c. 12. n. 1 de appellat.* Proinde ea pendente nihil innovari, sed omnia in eo statu, quo tempore interpositæ appellationis erant, permanere debent, *l. un. ff. nihil innov. appell. pend. l. sciendum 6. ff. de appell. recip. C. non solum 7. de appell. in 6. VVesenb. in* ϖ. *ff hîc n. 10. Besold c. 12 n. 3 de appellat.* Quod ita in appellatione à definitiva sententia, vel vim definitivæ habente, sine ullo impedimento & mora procedit, secus est in appellatione ab interlocutoria simplici. Appellatio enim à definitiva statim, cum fuit interposita, ligat manus judicis à quo, ut non possit procedere ad aliquem actum ulterius in illa causa, *d. l. un. ff nihil innov. appell. pend. l. appellatione 3. C. de appell VVesenb. in* ϖ. *ff. nihil innov.* Appellatio verò ab interlocutoria non statim ligat manus judicis à quo, sed tum demum cum justificata vel inhibitio per judicem appellationis facta fuit, *Marant. n. 172. Gaill. 1. obs. 144.*

(d) Iudex

(d) Judex enim à quo deferendo appellationi quodammodo jurisdictionem à se abdicat, *c. cum appellationibus 5. de appellat. in 6* eamq; transfert ad eum, ad quem appellatum est, *c. pastoralis 53. x. de appell. Besold. c. 12, n. 2.* Quod tamen non ita accipiendum est, quod per hoc judici à quo jurisdictio in appellantem penitus adimatur: Nam appellans ex alia causa judicem, à quo appellavit, eundem habere necesse habet, *c. ad hæc 6. c. proposuit 24. x. de appell. Anton. Capyc. decis. 147. Besold. c. 12. n. 2. de appellat.*

(e) Quare illæ exceptiones, quæ post litem contestatam opponi possunt, rectè in causa appellationum proponuntur, ut peremptoriæ. Non etiam hæ, quas ante litis contestationem proponi necesse est, ut sunt dilatoriæ, *l. ita demum 13. C. de procurat. Alciat in l. edita 3. C. de edend. VVesen. in ϖ. ff. de appell. n. 10.* Eâdem ratione & articulos novos proponere, non tamen prioribus directò contrarios, probationesq; ut in priori instantia facere, & non allegata allegare licet, *l. eos. 6 §. si quid 1. l. in offerendis 37. in f. l. f. §. in refutatoriis 1. C. de appellat. VVesenb. d. n. 10.*

XX.

Affinia sive cognata appellationis sunt recusatio, *(a)* relatio, (b) in integrum restitutio, (c) supplicatio, (d) &c Contraria appellationi sunt sententia, quæ in rem judicatam transiit, (e) desertio, (f) & appellatio frivola. *(g)*

(a) Quando judex redditur suspectus propter causam aliquam, qui cum recusatur, non potest procedere, in causa, aliâs processus fieret nullus, *Bart. in l. quia poterat 4. ff. ad SCtum Trebul. Marant. n. 24.*

(b) Quæ multipliciter fieri solet, ut quando judex in aliqua causa gravi consilium petit à Principe, quid scil. sit in causa faciendum, *l. eum quem 79. §. judicibus 1. ff. de judic.*

l. 1.

l. 1. *& l. si quando* 5. *C. de relat.* Vel quando ex necessitate delegationis delegatus, cui tantùm potestas procedendi data fuit usque ad definitivam sententiam exclusive, processum mittit Principi ad decidendum in causa, *c. constitutus 45. x. de appell. Marant. n.7.* Vel quando ex difficultate causæ judex inferior ad quem cognitio talis non spectat, cogitur ipsius cognitionem majori referre, *c. ut debitus 59. x. de appell. Marant. d. lo.*

(c) Quod postulatâ in integrum restitutione omnia in suo statu manere debeant, donec res finiatur, manifestè ostendit, *l. un. C. in integr. rest. postulata ne quod nov. fiat,* nisi præsumptio sit aliqua contra petentem, quod eam malitiosè & ad differendam executionem petat, tunc enim ante omnia sententia executioni mandatur, *Mar. n. 109.* recepta tamen à victore idonea cautione, se universa, quæ occasione sententiæ medio tempore percepit, restituturum, si adversarius in causa prævaluerit, *Mynf.* 1. *obf. 48.*

(d) Quam Dd putant interponendam esse quando aliquis reclamat à sententia Principis, vel Præfecti Prætorio, à quorum sententia aliâs provocare non licet, *l. un. C. de sent. Præfect. Prætor.*

(e) *l. cum prolatis 32. ff. de re jud. l. hæc sententia 4. C. de sent. quæ sine certa quant. profertur.*

(f) Si appellans deserit appellationem vel non introducendo, vel non legitimo tempore prosequendo, *l. temp. 2. cum auth. ei qui C. de temp. appellat.*

(g) Tunc, si apparuerit frivolè quem appellâsse, causa ad judicem à quo remittitur, & appellans in expensas condemnatur. Sin verò justè, cessat remissio, expensæq; mutuò compensantur, *Gaill* 1. *obf. 152. n. 5. Besold. c. 13. n. 6. Tolosan. Lib. 8. c. 5. n. 8. de appellat.*

FINIS.

